



Math 181.1  
B

HARVARD UNIVERSITY



LIBRARY OF THE  
DIVISION OF  
MATHEMATICS

TRANSFERRED  
TO  
HARVARD COLLEGE  
LIBRARY









Math.

0.6.

70.2

CARL FRIEDRICH GAUSS

WERKE

DRITTER BAND

MIT ZWEI STEINDRUCKTAFELN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

KÖNIGLICHEN GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN

ZU

GÖTTINGEN

1866.





# CARL FRIEDRICH GAUSS WERKE

BAND III.



CARL FRIEDRICH GAUSS

WERKE

DRITTER BAND



HERAUSGEBEN

VON DER

KÖNIGLICHEN GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN

ZU

GÖTTINGEN

1866.

Math 181.1  
✓B

HARVARD COLLEGE LIBRARY  
GIFT OF THE  
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY  
JUL 1922

Transferred to  
Dept. of Mathematics

TRANSFERRED TO  
HARVARD COLLEGE LIBRARY  
1913

33-96  
33-2

DEMONSTRATIO NOVA  
THEOREMATIS  
OMNEM FUNCTIONEM ALGEBRAICAM  
RATIONALEM INTEGRAM

UNIUS VARIABILIS  
IN FACTORES REALES PRIMI VEL SECUNDI GRADUS

RESOLVI POSSE

QUAM PRO  
OBTINENDIS SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS  
INCLITO PHILOSOPHORUM ORDINI  
ACADEMIAE IULIAE CAROLINAE

EXHIBUIT  
CAROLUS FRIDERICUS GAUSS

---

HELMSTADII

APUD C. G. FLECKEISEN. MDCCLXXXIX.



DEMONSTRATIO NOVA THEOREMATIS

OMNEM FUNCTIONEM ALGEBRAICAM RATIONALEM INTEGRAM  
UNIUS VARIABILIS

IN FACTORES REALES PRIMI VEL SECUNDI GRADUS RESOLVI POSSE.

1.

Quaelibet aequatio algebraica determinata reduci potest ad formam

$$x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + M = 0$$

ita ut  $m$  sit numerus integer positivus. Si partem primam huius aequationis per  $X$  denotamus, aequationique  $X = 0$  per plures valores inaequales ipsius  $x$  satisfieri supponimus, puta ponendo  $x = \alpha$ ,  $x = \beta$ ,  $x = \gamma$  etc. functio  $X$  per productum e factoribus  $x - \alpha$ ,  $x - \beta$ ,  $x - \gamma$  etc. divisibilis erit. Vice versa, si productum e pluribus factoribus simplicibus  $x - \alpha$ ,  $x - \beta$ ,  $x - \gamma$  etc. functionem  $X$  metitur: aequationi  $X = 0$  satisfiet, aequando ipsam  $x$  cuicumque quantitatam  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  etc. Denique si  $X$  producto ex  $m$  factoribus talibus simplicibus aequalis est (sive omnes diversi sint, sive quidam ex ipsis identici): alii factores simplices praeter hos functionem  $X$  metiri non poterunt. Quamobrem aequatio  $m^{\text{ti}}$  gradus plures quam  $m$  radices habere nequit; simul vero patet, aequationem  $m^{\text{ti}}$  gradus *pauciores* radices habere posse, etsi  $X$  in  $m$  factores simplices resolvable sit: si enim inter hos factores aliqui sunt identici, multitudo modorum diversorum aequationi satisfaciendi necessario minor erit quam  $m$ . Attamen concinnitatis causa geometrae dicere maluerunt, aequationem in hoc quoque casu  $m$  radices habere, et tantummodo quasdam ex ipsis aequales inter se evadere: quod utique sibi permittere potuerunt.

## 2.

Quae hucusque sunt enarrata, in libris algebraicis sufficienter demonstrantur neque rigorem geometricum uspiam offendunt. Sed nimis praepropere et sine praevia demonstratione solida adoptavisse videntur analystae theorema cui tota fere doctrina aequationum superstructa est: *Quamvis functionem talem ut  $X$  semper in  $m$  factores simplices resolvi posse*, sive hoc quod cum illo prorsus conspirat, *quamvis aequationem  $m^{\text{ti}}$  gradus revera habere  $m$  radices*. Quum iam in aequationibus secundi gradus saepissime ad tales casus perveniatur, qui theoremati huic repugnant: algebraistae, ut hos illi subiicerent, coacti fuerunt, fingere quantitatem quandam imaginariam cuius quadratum sit  $-1$ , et tum agnoverunt, si quantitates formae  $a + b\sqrt{-1}$  perinde concedantur ut reales, theorema non modo pro aequationibus secundi gradus verum esse, sed etiam pro cubicis et biquadraticis. Hinc vero neutiquam inferre licuit, admissis quantitibus formae  $a + b\sqrt{-1}$  cuiusvis aequationi quinti superiorisve gradus satisfieri posse, aut uti plerumque exprimitur (quamquam phrasin lubricam minus probarem) radices cuiusvis aequationis ad formam  $a + b\sqrt{-1}$  reduci posse. Hoc theorema ab eo, quod in titulo huius scripti enunciatum est, nihil differt. si ad rem ipsam spectas, huiusque demonstrationem novam rigorosam tradere, constituit propositum praesentis dissertationis.

Ceterum ex eo tempore, quo analystae comperti sunt, infinite multas aequationes esse, quae nullam omnino radicem haberent, nisi quantitates formae  $a + b\sqrt{-1}$  admittantur, tales quantitates fictitiae tamquam peculiare quantitatum genus, quas *imaginarias* dixerunt, ut a *realibus* distinguerentur, consideratae et in totam analysin introductae sunt; quonam iure? hoc loco non disputo. — Demonstrationem meam absque omni quantitatum imaginariarum subsidio absolvam, etsi eadem libertate, qua omnes recentiores analystae usi sunt, etiam mihi uti liceret.

## 3.

Quamvis ea, quae in plerisque libris elementaribus tamquam demonstratio theorematis nostri afferuntur, tam levia sint, tantumque a rigore geometrico abhorreant, ut vix mentione sint digna: tamen, ne quid deesse videatur, paucis illa attingam. 'Ut demonstrent, quamvis aequationem

$$x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + M = 0$$



sive  $X = 0$ , revera habere  $m$  radices, suscipiunt probare,  $X$  in  $m$  factores simplices resolvi posse. Ad hunc finem assumunt  $m$  factores simplices  $x - \alpha$ ,  $x - \beta$ ,  $x - \gamma$  etc. ubi  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  etc. adhuc sunt incognitae, productumque ex illis aequale ponunt functioni  $X$ . Tum ex comparatione coefficientium deducunt  $m$  aequationes, ex quibus incognitas  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  etc. determinari posse aiunt, quippe quarum multitudo etiam sit  $m$ . Scilicet  $m - 1$  incognitas eliminari posse, unde emergere aequationem, quae, quam placuerit, incognitam solam contineat.' Ut de reliquis, quae in tali argumentatione reprehendi possent, taceam, quaeram tantummodo, unde certi esse possimus, ultimam aequationem revera ullam radicem habere? Quidni fieri posset, ut neque huic ultimae aequationi neque propositae, ulla magnitudo in toto quantitatuum realium atque imaginariarum ambitu satisficiat? — Ceterum periti facile perspicient, hanc ultimam aequationem necessario cum proposita *omnino identicam* fore, siquidem calculus rite fuerit institutus; scilicet eliminatis incognitis  $\beta$ ,  $\gamma$  etc. aequationem

$$\alpha^m + A\alpha^{m-1} + B\alpha^{m-2} + \text{etc.} + M = 0$$

prodire debere. Plura de isto ratiocinio exponere necesse non est.

Quidam auctores, qui debilitatem huius methodi percepisse videntur, tamquam *axioma* assumunt, quamvis aequationem revera habere radices, si non possibiles, impossibiles. Quid sub quantitatibus possibilibus et impossibilibus intelligi velint, haud satis distincte exposuisse videntur. Si quantitates possibiles idem denotare debent ut reales, impossibiles idem ut imaginariae: axioma illud neutiquam admitti potest, sed necessario demonstratione opus habet. Attamen in illo sensu expressiones accipiendae non videntur, sed axiomatis mens haec potius videtur esse: 'Quamquam nondum sumus certi, necessario dari  $m$  quantitates reales vel imaginarias, quae alicui aequationi datae  $m^{\text{ti}}$  gradus satisficiant, tamen aliquantisper hoc supponemus; nam si forte contingeret, ut tot quantitates reales et imaginariae inveniri nequeant, certe effugium patebit, ut dicamus reliquas esse impossibiles.' Si quis hac phrasi uti mavult quam simpliciter dicere, aequationem in hoc casu tot radices non habituram, a me nihil obstat: at si tum his radicibus impossibilibus ita utitur tamquam aliquid veri sint, et e. g. dicit, summam omnium radicum aequationis  $x^m + Ax^{m-1} + \text{etc.} = 0$ . esse  $= -A$ , etiamsi impossibiles inter illas sint (quae expressio proprie significat, *etiamsi aliquae deficiant*): hoc neutiquam probare possum. Nam radices impossi-

biles, in tali sensu acceptae, tamen sunt radices. et tum axioma illud nullo modo sine demonstratione admitti potest, neque inepte dubitares, annon aequationes exstare possint, quae ne impossibiles quidem radices habeant?\*)

## 4.

Antequam aliorum geometrarum demonstrationes theorematis nostri recensam, et quae in singulis reprehendenda mihi videantur, exponam: observo sufficere si tantummodo ostendatur, omni aequationi quantivis gradus

$$x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + M = 0$$

sive  $X = 0$  (ubi coefficients  $A, B$  etc. reales esse supponuntur) ad minimum uno modo satisfieri posse per valorem ipsius  $x$  sub forma  $a + b\sqrt{-1}$  contentum. Constat enim,  $X$  tunc divisibilem fore per factorem realem secundi gradus  $xx - 2ax + aa + bb$ , si  $b$  non fuerit  $= 0$ , et per factorem realem simplicem  $x - a$ , si  $b = 0$ . In utroque casu quotiens erit realis, et inferioris gradus quam  $X$ ; et quum hic eadem ratione factorem realem primi secundeve gradus habere de-

---

\*) Sub quantitate imaginaria hic semper intelligo quantitatem in forma  $a + b\sqrt{-1}$  contentam, quamdiu  $b$  non est  $= 0$ . In hoc sensu expressio illa semper ab omnibus geometris primae notae accepta est, neque audiendos censeo, qui quantitatem  $a + b\sqrt{-1}$  in eo solo casu imaginariam vocare voluerunt ubi  $a = 0$ , impossibilem vero quando non sit  $a = 0$ , quum haec distinctio neque necessaria sit neque ullius utilitatis. — Si quantitates imaginariae omnino in analysi retineri debent (quod pluribus rationibus consultius videtur, quam ipsas abolere, modo satis solide stabiliantur): necessario tamquam aequae possibiles ac reales spectandae sunt; quamobrem reales et imaginarias sub denominatione communi *quantitatum possibilium* complecti mallet: contra, *impossibilem* dicerem quantitatem, quae conditionibus satisfacere debeat, quibus ne imaginariis quidem concessis satisfieri potest, attamen ita, ut *phrasis* haec idem significet ac si dicas, talem quantitatem in toto magnitudinum ambitu non dari. Hinc vero genus peculiare quantitatum formare, neutiquam concederem. Quodsi quis dicat, triangulum rectilineum aequilaterum rectangulum impossibile esse, nemo erit qui neget. At si tale triangulum impossibile tamquam novum triangulorum genus contemplari, aliasque triangulorum proprietates ad illud applicare voluerit, ecquis risum teneat? Hoc esset verbis ludere seu potius abuti. — Quamvis vero etiam summi mathematici saepius veritates, quae quantitatum ad quas spectant possibilitatem manifesto supponunt, ad tales quoque applicaverint quarum possibilitas adhuc dubia erat; neque abnuerim, huiusmodi licentias plerumque ad solam formam et quasi velamen ratiociniorum pertinere, quod veri geometrae acies mox penetrare possit: tamen consultius, scientiaeque, quae tamquam perfectissimum claritatis et certitudinis exemplar merito celebratur, sublimitate magis dignum videtur, tales libertates aut omnino proscribere, aut saltem parcius neque alias ipsis uti, nisi ubi etiam minus exercitati perspicere valeant, rem etiam absque illarum subsidio etsi forsitan minus breviter tamen aequae rigorose absolvi potuisse. — Ceterum haud negaverim, ea quae hic contra impossibilium abusum dixi, quodam respectu etiam contra imaginarias obici posse: sed harum vindicationem nec non totius huius rei expositionem uberiolem ad aliam occasionem mihi reservo.

beat, patet, per continuationem huius operationis functionem  $X$  tandem in factores reales simplices vel duplices resolutum iri, aut, si pro singulis factoribus realibus duplicibus binos imaginarios simplices adhibere mavis, in  $m$  factores simplices.

## 5.

Prima theorematis demonstratio illustri geometrae d'ALEMBERT debetur, *Recherches sur le calcul intégral, Histoire de l'Acad. de Berlin, Année 1746.* p. 182 sqq. Eadem extat in BOUGAINVILLE, *Traité du calcul intégral. à Paris 1754.* p. 47 sqq. Methodi huius praecipua momenta haec sunt.

Primo ostendit, si functio quaecunque  $X$  quantitatis variabilis  $x$  fiat  $= 0$  aut pro  $x = 0$  aut pro  $x = \infty$ , atque valorem infinite parvum realem positivum nancisci possit tribuendo ipsi  $x$  valorem realem: hanc functionem etiam valorem infinite parvum realem negativum obtinere posse per valorem ipsius  $x$  vel realem vel sub forma imaginaria  $p + q\sqrt{-1}$  contentum. Scilicet designante  $\Omega$  valorem infinite parvum ipsius  $X$ , et  $\omega$  valorem respondentem ipsius  $x$ , asserit  $\omega$  per seriem valde convergentem  $a\Omega^\alpha + b\Omega^\beta + c\Omega^\gamma$  etc. exprimi posse, ubi exponentes  $\alpha, \beta, \gamma$  etc. sint quantitates racionales continuo crescentes, et quae adeo ad minimum in distantia certa ab initio positivae evadant, terminosque, in quibus adsint, infinite parvos reddant. Iam si inter omnes hos exponentes nullus occurrat, qui sit fractio denominatoris paris, omnes terminos seriei reales fieri tum pro positivo tum pro negativo valore ipsius  $\Omega$ ; si vero quaedam fractiones denominatoris paris inter illos exponentes reperiantur, constare, pro valore negativo ipsius  $\Omega$  terminos respondentes in forma  $p + q\sqrt{-1}$  contentos esse. Sed propter infinitam seriei convergentiam in casu priori sufficere, si terminus primus (i. e. maximus) solus retineatur, in posteriori ultra eum terminum, qui partem imaginariam primus producat, progredi opus non esse.

Per similia ratiocinia ostendi posse, si  $X$  valorem negativum infinite parvum ex valore reali ipsius  $x$  assequi possit: functionem illam valorem realem positivum infinite parvum ex valore reali ipsius  $x$  vel ex imaginario sub forma  $p + q\sqrt{-1}$  contento adipisci posse.

Hinc secundo concludit, etiam valorem aliquem realem finitum ipsius  $X$  dari, in casu priori negativum, in posteriori positivum, qui ex valore imaginario ipsius  $x$  sub forma  $p + q\sqrt{-1}$  contento produci possit.

Hinc sequitur, si  $X$  sit talis functio ipsius  $x$ , quae valorem realem  $V$  ex valore ipsius  $x$  reali  $v$  obtineat. atque etiam valorem realem quantitate infinite parva vel maiorem vel minorem ex valore reali ipsius  $x$  assequatur, eandem etiam valorem realem quantitate infinite parva atque adeo finita vel minorem vel maiorem quam  $V$  (resp.) recipere posse, tribuendo ipsi  $x$  valorem sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentum. Hoc nullo negotio ex praec. derivatur, si pro  $X$  substitui concipitur  $V+Y$ , et pro  $x$ ,  $v+y$ .

Tandem affirmat ill. D'ALEMBERT, si  $X$  totum intervallum aliquod inter duos valores reales  $R, S$  percurrere posse supponatur (i. e. tum ipsi  $R$ , tum ipsi  $S$ , tum omnibus valoribus realibus intermediis aequalis fieri), tribuendo ipsi  $x$  valores semper in forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentos; functionem  $X$  quavis quantitate finita reali adhuc augeri vel diminui posse (prout  $S > R$  vel  $S < R$ ), manente  $x$  semper sub forma  $p+q\sqrt{-1}$ . Si enim quantitas realis  $U$  daretur (inter quam et  $R$  supponitur  $S$  iacere), cui  $X$  per talem valorem ipsius  $x$  aequalis fieri non posset, necessario valorem *maximum* ipsius  $X$  dari (scilicet quando  $S > R$ ; minimum vero, quando  $S < R$ ), puta  $T$ , quem ex valore ipsius  $x$ ,  $p+q\sqrt{-1}$ , consequeretur, ita ut ipsi  $x$  nullus valor sub simili forma contentus tribui posset, qui functionem  $X$  vel minimo excessu propius versus  $U$  promoveret. Iam si in aequatione inter  $X$  et  $x$  pro  $x$  ubique substituatur  $p+q\sqrt{-1}$ . atque tum pars realis, tum pars, quae factorem  $\sqrt{-1}$  implicet, hoc omisso, cifrae aequentur: ex duabus aequationibus hinc prodeuntibus (in quibus  $p, q$  et  $X$  cum constantibus permixtae occurrent) per eliminationem duas alias elici posse, in quarum altera  $p, X$  et constantes reperiantur, altera a  $p$  libera solas  $q, X$  et constantes involvat. Qamobrem quum  $X$  per valores reales ipsarum  $p, q$  omnes valores ab  $R$  usque ad  $T$  percurrerit, per praec.  $X$  versus valorem  $U$  adhuc propius accedere posse tribuendo ipsius  $p, q$  valores tales  $\alpha + \gamma\sqrt{-1}$ ,  $\delta + \delta\sqrt{-1}$  resp. Hinc vero fieri  $x = \alpha - \delta + (\gamma + \delta)\sqrt{-1}$ , i. e. adhuc sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  esse, contra hyp.

Iam si  $X$  functionem talem ut  $x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + M$  denotare supponitur, nullo negotio perspicitur, ipsi  $x$  tales valores reales tribui posse, ut  $X$  totum aliquod intervallum inter duos valores reales percurrat. Quare  $x$  valorem aliquem sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentum talem etiam nancisci poterit, unde  $X$  fiat  $= 0$ . Q. E. D. \*)

\*) Observare convenit, ill. D'ALEMBERT in sua huius demonstrationis expositione considerationes geome-

6.

Quae contra demonstrationem d'ALEMBERTIANAM obiici posse videntur, ad haec fere redeunt.

1. Ill. d'A. nullum dubium movet de *existentia* valorum ipsius  $x$ , quibus valores dati ipsius  $X$  respondeant, sed illam supponit, solamque *formam* istorum valorum investigat.

Quamvis vero haec obiectio per se gravissima sit, tamen hic ad solam dictionis formam pertinet, quae facile ita corrigi potest, ut illa penitus destruat.

2. Assertio,  $\omega$  per talem seriem qualem ponit semper exprimi posse. certo est falsa, si  $X$  etiam functionem quamlibet transcendente[m] designare debet (uti d'A. pluribus locis innuit). Hoc e. g. manifestum est, si ponitur  $X = e^{\frac{1}{x}}$ , sive  $x = \frac{1}{\log X}$ . Attamen si demonstrationem ad eum casum restringimus, ubi  $X$  est functio algebraica ipsius  $x$  (quod in praesenti negotio sufficit), propositio utique est vera. — Ceterum d'A. nihil pro confirmatione suppositionis suae attulit; cel. BOUGAINVILLE supponit,  $X$  esse functionem algebraicam ipsius  $x$ , et ad inventionem seriei parallelogrammum NEWTONIANUM commendat.

3. Quantitatibus infinite parvis liberius utitur, quam cum geometrico rigore consistere potest aut saltem nostra aetate (ubi illae merito male audiunt) ab analysta scrupuloso concederetur, neque etiam saltum a valore infinite parvo ipsius  $\Omega$  ad finitum satis luculenter explicavit. Propositionem suam,  $\Omega$  etiam valorem aliquem finitum consequi posse, non tam ex possibilitate valoris infinite parvi ipsius  $\Omega$  concludere videtur quam inde potius, quod denotante  $\Omega$  quantitatem valde parvam, propter magnam seriei convergentiam, quo plures termini seriei accipiuntur, eo propius ad valorem verum ipsius  $\omega$  accedatur, aut, quo plurium partium summa pro  $\omega$  accipiatur, eo exactius aequationi, quae relationem inter  $\omega$  et  $\Omega$  sive  $x$  et  $X$  exhibeat, satisfactum iri. Praeterea quod tota haec argumentatio nimis vaga videtur, quam ut ulla conclusio rigorosa inde colligi possit: observo, utique dari series, quae quantumvis parvus valor quantitati,

---

tricas adhibuisse, atque  $X$  tamquam abscissam,  $x$  tamquam ordinatam curvae spectavisse (secundum morem omnium geometrarum primae huius saeculi partis, apud quos notio functionum minus usitata erat). Quia vero omnia ipsius ratiocinia, si ad ipsorum essentiam solam respicis, nullis principiis geometricis, sed pure analyticis innituntur, et curva imaginaria, ordinataeque imaginariae expressiones duriores esse lectoremque hodiernum facilius offendere posse videntur, formam representationis mere analyticam hic adhibere malui. Hanc annotationem ideo adieci, ne quis demonstrationem d'ALEMBERTIANAM ipsam cum hac succincta expositione comparans aliquid essentielle immutatum esse suspicetur.

secundum cuius potestates progrediuntur, tribuatur, nihilominus semper divergant, ita ut si modo satis longe continentur, ad terminos quavis quantitate data maiores pervenire possis \*). Hoc evenit, quando coëfficientes seriei progressionem hypergeometricam constituunt. Quamobrem necessario demonstrari debuisset, talem seriem hypergeometricam in casu praesenti provenire non posse.

Ceterum mihi videtur, ill. d'A. hic non recte ad series infinitas confugisse, hasque ad stabiliendum theorema hoc fundamentale doctrinae aequationum haud idoneas esse.

4. Ex suppositione,  $X$  obtinere posse valorem  $S$  neque vero valorem  $U$ , nondum sequitur, inter  $S$  et  $U$  necessario valorem  $T$  iacere, quem  $X$  attingere sed non superare possit. Superest adhuc alius casus: scilicet fieri posset, ut inter  $S$  et  $U$  limes situs sit, ad quem accedere quidem quam prope velis possit  $X$ , ipsum vero nihilominus numquam attingere. Ex argumentis ab ill. d'A. allatis tantummodo sequitur,  $X$  omnem valorem, quem attigerit, adhuc quantitate finita superare posse, puta quando evaserit  $= S$ , adhuc quantitate aliqua finita  $Q$  augeri posse; quo facto, novum incrementum  $Q'$  accedere, tunc iterum augmentum  $Q''$  etc., ita ut quocumque incrementa iam adiecta sint, nullum pro ultimo haberi debeat, sed semper aliquod novum accedere possit. At quamvis *multitudo* incrementorum possibilium nullis limitibus sit circumscripta: tamen utique fieri posset, ut si incrementa  $Q, Q', Q''$  etc. continuo decrescerent, nihilominus summa  $S + Q + Q' + Q''$  etc. limitem aliquem numquam attingeret, quocumque termini considerentur.

Quamquam hic casus occurrere non potest, quando  $X$  designat functionem algebraicam integram ipsius  $x$ : tamen sine demonstratione, hoc fieri non posse, methodus necessario pro incompleta habenda est. Quando vero  $X$  est functio transscendens, sive etiam algebraica fracta, casus ille utique locum habere potest, e. g. semper quando valori cuidam ipsius  $X$  valor infinite magnus ipsius  $x$  respon-

---

\*) Hacce occasione obiter adnoto, ex harum serierum numero plurimas esse, quae primo aspectu maxime convergentes videantur, e. g. ad maximam partem eas, quibus ill. EULER in parte poster. *Inst. Calc. Diff.* Cap. VI. ad summam aliarum serierum quam proxime assignandam utitur p. 441—474 (reliquae enim series p. 475—478 revera convergere possunt), quod, quantum scio, a nemine hucusque observatum est. Quocirca magnopere optandum esset, ut dilucide et rigorose ostenderetur, cur huiusmodi series, quae primo citissime, dein paullatim lentius lentiusque convergunt, tandemque magis magisque divergunt, nihilominus summam proxime veram suppedient, si modo non nimis multi termini capiantur, et quousque talis summa pro exacta tuto haberi possit?

det. Tum methodus d'ALEMBERTIANA non sine multis ambagibus, et in quibusdam casibus nullo forsitan modo, ad principia indubitata reduci posse videtur.

Propter has rationes demonstrationem d'ALEMBERTIANAM pro satisfaciente habere nequeo. Attamen hoc non obstante verus demonstrationis nervus probandi per omnes obiectiones neutiquam infringi mihi videtur, credoque eidem fundamento (quamvis longe diversa ratione, et saltem maiori circumspicientia) non solum demonstrationem rigorosam theorematis nostri superstrui, sed ibinde omnia peti posse, quae circa aequationum *transscendentium* theoriam desiderari queant. De qua re gravissima alia occasione fusius agam; conf. interim infra art. 24.

7.

Post d'ALEMBERTUM ill. EULER disquisitiones suas de eodem argumento promulgavit, *Recherches sur les racines imaginaires des équations, Hist. de l'Acad. de Berlin A. 1749*, p. 223 sqq. Methodum duplicem hic tradidit: prioris summa continetur in sequentibus.

Primo ill. E. suscipit demonstrare, si  $m$  denotet quamcunque dignitatem numeri 2, functionem  $x^{2m} + Bx^{2m-2} + Cx^{2m-3} + \text{etc.} + M = X$  (in qua coëfficiens termini secundi est  $= 0$ ) semper in duos factores reales resolvi posse, in quibus  $x$  usque ad  $m$  dimensiones ascendat. Ad hunc finem duos factores assumit,

$$x^m - ux^{m-1} + \alpha x^{m-2} + \beta x^{m-3} + \text{etc.}, \text{ et } x^m + ux^{m-1} + \lambda x^{m-2} + \mu x^{m-3} \text{ etc.}$$

ubi coëfficientes  $u, \alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. adhuc incogniti sunt, horumque productum aequale ponit functioni  $X$ . Tum coëfficientium comparatio suppeditat  $2m - 1$  aequationes, manifestoque demonstrari tantummodo debet, incognitis  $u, \alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. (quarum multitudo etiam est  $2m - 1$ ) tales valores reales tribui posse. qui aequationibus illis satisfaciant. Iam E. affirmat, si primo  $u$  tamquam cognita consideretur, ita ut multitudo incognitarum unitate minor sit quam multitudo aequationum. his secundum methodos algebraicas notas rite combinatis omnes  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. rationaliter et sine ulla radicum extractione per  $u$  et coëfficientes  $B, C$  etc. determinari posse, adeoque valores reales nancisci, simulac  $u$  realis fiat. Praeterea vero omnes  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. eliminari poterunt, ita ut prodeat aequatio  $U = 0$ , ubi  $U$  erit functio integra solius  $u$  et coëfficientium cognitorum. Hanc aequationem ipsam per methodum eliminationis vulgarem evolvere, opus immensum foret, quando aequatio proposita  $X = 0$  est gradus ali-

quantum alti; et pro gradu indeterminato, plane impossibile (iudice ipso E. p. 239). Attamen hic sufficit, unam illius aequationis proprietatem novisse, scilicet quod terminus ultimus in  $U$  (qui incognitam  $u$  non implicat) necessario est negativus, unde sequi constat, aequationem ad minimum unam radicem realem habere, sive  $u$  et proin etiam  $\alpha$ ,  $\bar{\alpha}$  etc.  $\lambda$ ,  $\mu$  etc. ad minimum uno modo realiter determinari posse: illam vero proprietatem per sequentes reflexiones confirmare licet. Quum  $x^m - ux^{m-1} + ax^{m-2} + \text{etc.}$  supponatur esse factor functionis  $X$ : necessario  $u$  erit summa  $m$  radicum aequationis  $X = 0$ , adeoque totidem valores habere debet, quot modis diversis ex  $2m$  radicibus  $m$  excerpti possunt, sive per principia calculi combinationum  $\frac{2m \cdot 2m-1 \cdot 2m-2 \cdot \dots \cdot m+1}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot \dots \cdot m}$  valores. Hic numerus semper erit impariter par (demonstrationem haud difficilem supprimo): si itaque ponitur  $= 2k$ , ipsius semissis  $k$  impar erit; aequatio  $U = 0$  vero erit gradus  $2k^{\text{ti}}$ . Iam quoniam in aequatione  $X = 0$  terminus secundus deest: summa omnium  $2m$  radicum erit 0; unde patet, si summa quarumcunque  $m$  radicum fuerit  $+p$ , reliquarum summam fore  $-p$ , i. e. si  $+p$  est inter valores ipsius  $u$ , etiam  $-p$  inter eosdem erit. Hinc E. concludit,  $U$  esse productum ex  $k$  factoribus duplicibus talibus  $uu - pp$ ,  $uu - qq$ ,  $uu - rr$  etc., denotantibus  $+p$ ,  $-p$ ,  $+q$ ,  $-q$  etc. omnes  $2k$  radices aequationis  $U = 0$ , unde, propter multitudinem imparem horum factorum, terminus ultimus in  $U$  erit quadratum producti  $pqr$  etc. signo negativo affectum. Productum autem  $pqr$  etc. semper ex coefficientibus  $B$ ,  $C$  etc. rationaliter determinari potest, adeoque necessario erit quantitas realis. Huius itaque quadratum signo negativo affectum certo erit quantitas negativa. Q. E. D.

Quum hi duo factores reales ipsius  $X$  sint gradus  $m^{\text{ti}}$  atque  $m$  potestas numeri 2: eadem ratione uterque rursus in duos factores reales  $\frac{1}{2}m$  dimensionum resolvi poterit. Quoniam vero per repetitam dimidiationem numeri  $m$  necessario tandem ad binarium pervenitur, manifestum est, per continuationem operationis functionem  $X$  tandem in factores reales secundi gradus resolutam haberi.

Quodsi vero functio talis proponitur, in qua terminus secundus non deest, puta  $x^{2m} + Ax^{2m-1} + Bx^{2m-2} + \text{etc.} + M$ , designante etiamnum  $2m$  potestatem binariam, haec per substitutionem  $x = y - \frac{A}{2m}$  transibit in similem functionem termino secundo carentem. Unde facile concluditur, etiam illam functionem in factores reales secundi gradus resolvablem esse.

Denique proposita functione gradus  $n^{\text{ti}}$ , designante  $n$  numerum, qui non



est potestas binaria: ponatur potestas binaria proxime maior quam  $n$ ,  $= 2m$ , multipliceturque functio proposita per  $2m - n$  factores simplices reales quoscunque. Ex resolubilitate producti in factores reales secundi gradus, nullo negotio derivatur, etiam functionem propositam in factores reales secundi vel primi gradus resolubilem esse debere.

## 8.

Contra hanc demonstrationem obiici potest

1. Regulam, secundum quam E. concludit, ex  $2m - 1$  aequationibus  $2m - 2$  incognitas  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. omnes rationaliter determinari posse, nequam esse generalem, sed saepissime exceptionem pati. Si quis e. g. in art. 3. aliqua incognitarum tamquam cognita spectata, reliquas per hanc et coefficientes datos rationaliter exprimere tentat, facile inveniet, hoc esse impossibile, nullamque quantitatum incognitarum aliter quam per aequationem  $m - 1^{\text{ti}}$  gradus determinari posse. Quamquam vero hic statim a priori perspicui potest, illud necessario ita evenire debuisse: tamen merito dubitari posset, annon etiam in casu praesenti pro quibusdam valoribus  $m$  res eodem modo se habeat, ut incognitae  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. ex  $u, B, C$  etc. aliter quam per aequationem gradus forsitan maioris quam  $2m$  determinari nequeant. Pro eo casu, ubi aequatio  $X = 0$  est quarti gradus, E. valores rationales coefficientium per  $u$  et coefficientes datos eruit; idem vero etiam in omnibus aequationibus altioribus fieri posse, utique explicatione ampliori egebat. — Ceterum operae pretium esse videtur, in formulas illas, quae  $\alpha, \beta$  etc. rationaliter per  $u, B, C$  etc. exprimant, profundius et generalissime inquirere; de qua re aliisque ad eliminationis theoriam (argumentum haudquaquam exhaustum) pertinentibus alia occasione fusius agere suscipiam.

2. Etiam si autem demonstratum fuerit, cuiusvis gradus sit aequatio  $X = 0$ , semper formulas inveniri posse, quae ipsas  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. rationaliter per  $u, B, C$  etc. exhibeant: tamen certum est, pro valoribus quibusdam determinatis coefficientium  $B, C$  etc. formulas illas *indeterminatas* evadere posse, ita ut non solum impossibile sit, incognitas illas rationaliter ex  $u, B, C$  etc. definire, sed adeo revera quibusdam in casibus valori alicui reali ipsius  $u$  nulli valores reales ipsarum  $\alpha, \beta$  etc.  $\lambda, \mu$  etc. respondeant. Ad confirmationem huius rei brevitatis gratia ablego lectorem ad diss. ipsam E., ubi p. 236 aequatio quarti gradus fusius explicata est. Statim quisque videbit, formulas pro coefficientibus  $\alpha, \beta$  indeter-

minatas fieri, si  $C = 0$  et pro  $u$  assumatur valor 0, illorumque valores non solum sine extractione radicum assignari non posse, sed adeo ne reales quidem esse, si fuerit  $BB - 4D$  quantitas negativa. Quamquam vero in hoc casu  $u$  adhuc alios valores reales habere, quibus valores reales ipsarum  $\alpha, \beta$  respondeant, facile perspicui potest: tamen vereri aliquis posset, ne huius difficultatis enodatio (quam E. omnino non attigit) in aequationibus altioribus multo maiorem operam facessat. Certe haec res in demonstratione exacta nequitquam silentio praeteriri debet.

3. Ill. E. supponit tacite, aequationem  $X = 0$  habere  $2m$  radices, harumque summam statuit  $= 0$ , ideo quod terminus secundus in  $X$  abest. Quomodo de hac licentia (qua omnes auctores de hoc argumento utuntur) sentiam, iam supra art. 3 declaravi. Propositio, summam omnium radicum aequationis alicuius coefficienti primo, mutato signo, aequalem esse, ad alias aequationes applicanda non videtur, nisi quae radices habent: iam quum per hanc ipsam demonstrationem evinci debeat, aequationem  $X = 0$  revera radices habere, haud permissum videtur, harum existentiam supponere. Sine dubio ii, qui huius paralogismi fallaciam nondum penetraverunt, respondebunt, *hic non demonstrari, aequationi  $X = 0$  satisfieri posse* (nam hoc dicere vult expressio, eam habere radices), *sed tantummodo, ipsi per valores ipsius  $x$  sub forma  $a + b\sqrt{-1}$  contentos satisfieri posse; illud vero tamquam axioma supponi*. At quum aliae quantitatum formae, praeter realem et imaginariam  $a + b\sqrt{-1}$  concipi nequeant, non satis luculentum videtur, quomodo id, quod demonstrari debet, ab eo, quod tamquam axioma supponitur, differat; quin adeo si possibile esset adhuc alias formas quantitatum excogitare, puta formam  $F, F', F''$  etc.: tamen sine demonstratione admitti non deberet, cuius aequationi per aliquem valorem ipsius  $x$  aut realem, aut sub forma  $a + b\sqrt{-1}$ , aut sub forma  $F$ , aut sub  $F'$  etc. contentum satisfieri posse. Quamobrem axioma illud alium sensum habere nequit quam hunc: Cuius aequationi satisfieri potest *aut* per valorem realem incognitae, *aut* per valorem imaginarium sub forma  $a + b\sqrt{-1}$  contentum, *aut* forsitan per valorem sub forma alia hucusque ignota contentum, *aut* per valorem, qui sub nulla omnino forma continetur. Sed quomodo huiusmodi quantitates, de quibus ne ideam quidem fingere potes — vera umbrae umbra — summarum aut multiplicari possint, hoc ea perspicuitate, quae in mathesi semper postulatur, certo non intelligitur \*).

\*) Tota haec res multum illustrabitur per aliam disquisitionem sub prelo iam sudantem, ubi in argu-

Ceterum conclusiones, quas E. ex suppositione sua elicuit, per has obiectiones haudquaquam suspectas reddere volo; quin potius certus sum, illas per methodum neque difficilem neque ab EULERIANA multum diversam ita comprobari posse, ut nemini vel minimus scrupulus superesse debeat. Solam *formam* reprehendo, quae quamvis in *inveniendis* novis veritatibus magnae utilitatis esse possit, tamen in *demonstrando*, coram publico, minime probanda videtur.

4. Pro demonstratione assertionis, productum  $pqr$  etc. ex coefficientibus in  $X$  *rationaliter* determinari posse, ill. E. nihil omnino attulit. Omnia, quae hac de re in aequationibus *quarti gradus* explicat, haec sunt (ubi  $a, b, c, d$  sunt radices aequationis propositae  $x^4 + Bxx + Cx + D = 0$ ):

‘On m’objectera sans doute, que j’ai supposé ici, que la quantité  $pqr$  était une quantité réelle, et que son carré  $ppqqrr$  était affirmatif; ce qui était encore douteux, vu que les racines  $a, b, c, d$  étant imaginaires, il pourrait bien arriver, que le carré de la quantité  $pqr$ , qui en est composée, fut négatif. Or je réponds à cela que ce cas ne saurait jamais avoir lieu; car quelque imaginaires que soient les racines  $a, b, c, d$ , on sait pourtant, qu’il doit y avoir  $a + b + c + d = 0$ :  $ab + ac + ad + bc + bd + cd = B$ ;  $abc + abd + acd + bcd = -C^*$ ;  $abcd = D$ , ces quantités  $B, C, D$  étant réelles. Mais puisque  $p = a + b$ ,  $q = a + c$ ,  $r = a + d$ , leur produit  $pqr = (a + b)(a + c)(a + d)$  est déterminable *comme on sait*, par les quantités  $B, C, D$ , et sera par conséquent réel, tout comme nous avons vu, qu’il est effectivement  $pqr = -C$ , et  $ppqqrr = CC$ . On reconnaîtra aisément de même, que dans les plus hautes équations cette même circonstance doit avoir lieu. et qu’on ne saurait me faire des objections de ce côté.’ Conditionem, productum  $pqr$  etc. *rationaliter* per  $B, C$  etc. determinari posse, E. nullibi adiecit, attamen semper subintellexisse videtur, quum absque illa demonstratio nullam vim habere possit. Iam verum quidem est in aequationibus quarti gradus, si productum  $(a + b)(a + c)(a + d)$  evoluatur, obtineri  $a(a + b + c + d) + abc + abd + acd + bcd = -C$ , attamen non satis perspicuum videtur, quomodo in omnibus aequationibus superioribus productum *rationaliter*

mento longe quidem diverso, nihilominus tamen analogo, licentiam similem prorsus eodem iure usurpare potuissem, ut hic in aequationibus ab omnibus analystis factum est. Quamquam vero plurium veritatum demonstrationes adiumento talium fictionum paucis verbis absolvere licuisset, quae absque his perquam difficiles evadunt et subtilissima artificia requirunt, tamen illis omnino abstinere malui, speroque, paucis me satisfacturum fuisse, si analystarum methodum imitatus essem.

\*) E. per errorem habet  $C$ , unde etiam postea perperam statuit  $pqr = C$ .

per coëfficientes determinari possit. Clar. DE FONCENEX, qui primus hoc observavit (*Miscell. phil. math. soc. Taurin.* T. I. p. 117), recte contendit, sine demonstratione rigorosa huius propositionis methodum omnem vim perdere, illam vero satis difficilem sibi videri confitetur, et quam viam frustra tentaverit, enarrat\*). Attamen haec res haud difficulter per methodum sequentem (cuius summam ad-digitare tantummodo hic possum) absolvitur: Quamquam in aequationibus quarti gradus non satis clarum est, productum  $(a+b)(a+c)(a+d)$  per coëfficientes  $B, C, D$  determinabile esse, tamen facile perspici potest, idem productum etiam esse  $= (b+a)(b+c)(b+d)$ , nec non  $= (c+a)(c+b)(c+d)$ , denique etiam  $= (b+a)(b+b)(b+c)$ . Quare productum  $pqr$  erit quadrans summae  $(a+b)(a+c)(a+d) + (b+a)(b+c)(b+d) + (c+a)(c+b)(c+d) + (b+a)(b+b)(b+c)$ , quam, si evolvatur, fore functionem rationalem integram radicum  $a, b, c, d$  talem, in quam omnes eadem ratione ingrediantur, nullo negotio a priori praevideri potest. Tales vero functiones semper rationaliter per coëfficientes aequationis, cuius radices sunt  $a, b, c, d$ , exprimi possunt. — Idem etiam manifestum est, si productum  $pqr$  sub hanc formam redigatur:

$$\frac{1}{2}(a+b-c-d) \times \frac{1}{2}(a+c-b-d) \times \frac{1}{2}(a+d-b-c)$$

quod productum evolutum omnes  $a, b, c, d$  eodem modo implicaturum esse facile praevideri potest. Simul periti facile hinc colligent, quomodo hoc ad altiores aequationes applicari debeat. — Completam demonstrationis expositionem, quam hic apponere brevitatis non permittit, una cum uberiori disquisitione de functionibus plures variables eodem modo involventibus ad aliam occasionem mihi reservo.

Ceterum observo, praeter has quatuor obiectiones, adhuc quaedam alia in demonstratione E. reprehendi posse, quae tamen silentio praetereo, ne forte censor nimis severus esse videar, praesertim quum praecedentia satis ostendere videantur, demonstrationem in ea quidem forma, in qua ab E. proposita est, pro completa neutiquam haberi posse.

Post hanc demonstrationem, E. adhuc aliam viam theorema pro aequationibus, quarum gradus non est potestas binaria, ad talium aequationum resolutionem reducendi ostendit: attamen quum methodus haec pro aequationibus quarum.

---

\*) In hanc expositionem error irrepsisse videtur, scilicet p. 118. l. 5. loco characteris  $p$  (on choisissait seulement celles où entrainait  $p$  etc.), necessario legere oportet, *une même racine quelconque de l'équation proposée*, aut simile quid, quum illud nullum sensum habeat.

gradus est potestas binaria, nihil doceat, insuperque omnibus obiectionibus praec. (praeter quartam) aequae obnoxia sit ut demonstratio prima generalis: haud necesse est illam hic fusius explicare.

## 9.

In eadem commentatione ill. E. theorema nostrum adhuc alia via confirmare annexus est p 263, cuius summa continetur in his: Proposita aequatione  $x^n + Ax^{n-1} + Bx^{n-2}$  etc. = 0, hucusque quidem expressio analytica, quae ipsius radices exprimat, inveniri non potuit, si exponens  $n > 4$ ; attamen certum esse videtur (uti asserit E.), illam nihil aliud continere posse, quam operationes arithmeticas et extractions radicum eo magis complicatas, quo maior sit  $n$ . Si hoc conceditur, E. optime ostendit, quantumvis inter se complicata sint signa radicalia, tamen formulae valorem semper per formam  $M + N\sqrt{-1}$  representabilem fore, ita ut  $M, N$  sint quantitates reales.

Contra hoc ratiocinium obiici potest, post tot tantorum geometrarum labores perexiguam spem superesse, ad resolutionem generalem aequationum algebraicarum umquam perveniendi, ita ut magis magisque verisimile fiat, talem resolutionem omnino esse impossibilem et contradictoriam. Hoc eo minus paradoxum videri debet, *quum id, quod vulgo resolutio aequationis dicitur, proprie nihil aliud sit quam ipsius reductio ad aequationes puras*. Nam aequationum purarum solutio hinc non docetur sed supponitur, et si radicem aequationis  $x^n = H$  per  $\sqrt[n]{H}$  exprimis, illam neutiquam solvisti, neque plus fecisti, quam si ad denotandam radicem aequationis  $x^n + Ax^{n-1} +$  etc. = 0 signum aliquod excogitares, radicemque huic aequalem poneres. Verum est, aequationes puras propter facilitatem ipsarum radices per approximationem inveniendi, et propter nexum elegantem, quem omnes radices inter se habent, prae omnibus reliquis multum praestare, adeoque neutiquam vituperandum esse, quod analystae harum radices per signum peculiare denotaverunt: attamen ex eo, quod hoc signum perinde ut signa arithmetica additionis, subtractionis, multiplicationis, divisionis et evectionis ad dignitatem sub nomine *expressionum analyticarum* complexi sunt, minime sequitur cuiusvis aequationis radicem per illas exhiberi posse. Seu, missis verbis, sine ratione sufficienti supponitur, cuiusvis aequationis solutionem ad solutionem aequationum purarum reduci posse. Forsan non ita difficile foret, impossibilitatem iam pro quinto gradu omni rigore demonstrare, de qua re alio loco disquisitiones meas fusius proponam.

Hic sufficit, resolubilitatem generalem aequationum, in illo sensu acceptam, adhuc valde dubiam esse, adeoque demonstrationem, cuius tota vis ab illa suppositione pendet, in praesenti rei statu nihil ponderis habere.

## 10.

Postea etiam clar. DE FONCENEX, quum in demonstratione prima EULERI defectum animadvertisset (supra art. 8 obiect. 4), quem tollere non poterat, adhuc aliam viam tentavit et in comment. laudata p. 120 in medium protulit\*). Quae consistit in sequentibus.

Proposita sit aequatio  $Z = 0$ , designante  $Z$  functionem  $m^{\text{ti}}$  gradus incognitae  $z$ . Si  $m$  est numerus impar, iam constat, aequationem hanc habere radicem realem; si vero  $m$  est par, clar. F. sequenti modo probare conatur, aequationem ad minimum unam radicem formae  $p + q\sqrt{-1}$  habere. Sit  $m = 2^n i$ , designante  $i$  numerum imparem, supponaturque  $zz + uz + M$  esse divisor functionis  $Z$ . Tunc singuli valores ipsius  $u$  erunt summae binarum radicum aequationis  $Z = 0$  (mutato signo), quamobrem  $u$  habebit  $\frac{m \cdot m - 1}{1 \cdot 2} = m'$  valores, et si  $u$  per aequationem  $U = 0$  determinari supponitur (designante  $U$  functionem integram ipsius  $u$  et coefficientium cognitorum in  $Z$ ), haec erit gradus  $m'^{\text{ti}}$ . Facile vero perspicitur,  $m'$  fore numerum formae  $2^{n-1} i'$ , designante  $i'$  numerum imparem. Iam nisi  $m'$  est impar, supponatur iterum,  $uu + u'u + M'$  esse divisorem ipsius  $U$ , patetque per similia ratiocinia,  $u'$  determinari per aequationem  $U' = 0$ . ubi  $U'$  sit functio  $\frac{m' \cdot m' - 1}{1 \cdot 2}$  ti gradus ipsius  $u'$ . Posito vero  $\frac{m' \cdot m' - 1}{1 \cdot 2} = m''$ , erit  $m''$  numerus formae  $2^{n-2} i''$ , designante  $i''$  numerum imparem. Iam nisi  $m''$  est impar, statuatur  $u'u' + u''u' + M''$  esse divisorem functionis  $U'$ , determinabiturque  $u''$  per aequationem  $U'' = 0$ , quae si supponitur esse gradus  $m''^{\text{ti}}$ ,  $m''$  erit numerus formae  $2^{n-3} i'''$ . Manifestum est, in serie aequationum  $U = 0$ ,  $U' = 0$ ,  $U'' = 0$  etc.  $n^{\text{tam}}$  fore gradus imparis adeoque radicem realem habere. Statuemus brevitatis gratia  $n = 3$ , ita ut aequatio  $U'' = 0$  radicem realem  $u''$  habeat, nullo enim negotio perspicitur, pro quovis alio valore ipsius  $n$  idem ratiocinium valere. Tunc coefficientem  $M''$  per  $u''$  et coefficientes in  $U'$  (quos fore functiones integras coefficientium in  $Z$  facile intelligitur), sive per  $u''$  et coefficientes in

\*) In tomo secundo eorundem *Miscellancorum* p. 337 dilucidationes ad hanc commentationem continentur: attamen haec ad disquisitionem praesentem non pertinent, sed ad logarithmos quantitatum negativarum, de quibus in eadem comm. sermo fuerat.

$Z$  rationaliter determinabilem fore asserit clar. de  $F.$ , et proin realem. Hinc sequitur, radices aequationis  $u'u'+u''u'+M''=0$  sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentas fore; eadem vero manifesto aequationi  $U'=0$  satisfaciunt: quare dabitur valor aliquis ipsius  $u'$  sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentus. Iam coëfficiens  $M'$  (eodem modo ut ante) rationaliter per  $u'$  et coëfficientes in  $Z$  determinari potest, adeoque etiam sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentus erit; quare aequationis  $uu'+u'u'+M'$  radices sub eadem forma contentae erunt, simul vero aequationi  $U=0$  satisfaciunt, i. e. aequatio haec habebit radicem sub forma  $p+q\sqrt{-1}$  contentam. Denique hinc simili ratione sequitur, etiam  $M$  sub eadem forma contineri, nec non radicem aequationis  $zz+uz+M=0$ , quae manifesto etiam aequationi propositae  $Z=0$  satisfaciet. Quamobrem quaevis aequatio ad minimum unam radicem formae  $p+q\sqrt{-1}$  habebit.

11.

Obiectiones 1, 2, 3, quas contra EULERI demonstrationem primam feci (art. 8), eandem vim contra hanc methodum habent, ea tamen differentia, ut obiectio secunda, cui EULERI demonstratio tantummodo in quibusdam casibus specialibus obnoxia erat, praesentem in omnibus casibus attingere debeat. Scilicet a priori demonstrari potest, etiamsi formula detur, quae coëfficientem  $M'$  rationaliter per  $u'$  et coëfficientes in  $Z$  exprimat, hanc pro pluribus valoribus ipsius  $u'$  necessario indeterminatam fieri debere; similiterque formulam, quae coëfficientem  $M''$  per  $u''$  exhibeat, indeterminatam fieri pro quibusdam valoribus ipsius  $u''$  etc. Hoc luculentissime perspicietur, si aequationem quarti gradus pro exemplo assumimus. Ponamus itaque  $m=4$ , sintque radices aequationis  $Z=0$ , hae  $\alpha, \beta, \gamma, \delta$ . Tum patet, aequationem  $U=0$  fore sexti gradus ipsiusque radices  $-(\alpha+\beta)$ ,  $-(\alpha+\gamma)$ ,  $-(\alpha+\delta)$ ,  $-(\beta+\gamma)$ ,  $-(\beta+\delta)$ ,  $-(\gamma+\delta)$ . Aequatio  $U'=0$  autem erit decimi quinti gradus, et valores ipsius  $u'$  hi

$$\begin{aligned} &2\alpha+\beta+\gamma, 2\alpha+\beta+\delta, 2\alpha+\gamma+\delta, 2\beta+\alpha+\gamma, 2\beta+\alpha+\delta, 2\beta+\gamma+\delta, \\ &2\gamma+\alpha+\beta, 2\gamma+\alpha+\delta, 2\gamma+\beta+\delta, 2\delta+\alpha+\beta, 2\delta+\alpha+\gamma, 2\delta+\beta+\gamma, \\ &\alpha+\beta+\gamma+\delta, \alpha+\beta+\gamma+\delta, \alpha+\beta+\gamma+\delta \end{aligned}$$

Iam in hac aequatione, quippe cuius gradus est impar, subsistendum erit, habebitque ea revera radicem realem  $\alpha+\beta+\gamma+\delta$  (quae primo coëfficienti in  $Z$  mutato signo aequalis adeoque non modo realis sed etiam rationalis erit, si coëfficien-

tes in  $Z$  sunt rationales). Sed nullo negotio perspicui potest, si formula detur, quae valorem ipsius  $M'$  per valorem respondentem ipsius  $u'$  rationaliter exhibeat, hanc necessario pro  $u' = \alpha + \beta + \gamma + \delta$  indeterminatam fieri. Hic enim valor *ter* erit radix aequationis  $U' = 0$ , respondebuntque ipsi tres valores ipsius  $M'$ , puta  $(\alpha + \beta)(\gamma + \delta)$ ,  $(\alpha + \gamma)(\beta + \delta)$  et  $(\alpha + \delta)(\beta + \gamma)$ , qui omnes irrationales esse possunt. Manifesto autem formula rationalis neque valorem irrationalem ipsius  $M'$  in hoc casu producere posset, neque tres valores diversos. Ex hoc specimine satis colligi potest, methodum clar. DE FONCENEXII nequitquam esse satisficientem, sed si ab omni parte completa reddi debeat, multo profundius in theoriam eliminationis inquiri oportere.

## 12.

Denique ill. LA GRANGE de theoremate nostro egit in comm. *Sur la forme des racines imaginaires des équations, Nouv. Mém. de l'Acad. de Berlin 1772.* p. 222 sqq. Magnus hic geometra imprimis operam dedit, defectus in EULERI demonstratione prima supplere et revera praesertim ea, quae supra (art. 8) obiectionem secundam et quartam constituunt, tam profunde perscrutatus est, ut nihil amplius desiderandum restet, nisi forsitan in disquisitione anteriori super theoria eliminationis (cui investigatio haec tota innititur) quaedam dubia superesse videantur. — Attamen obiectionem tertiam omnino non attigit, quin etiam tota disquisitio superstructa est suppositioni, quamvis aequationem  $m^{\text{ti}}$  gradus revera  $m$  radices habere.

Probe itaque iis, quae hucusque exposita sunt, perpensis, demonstrationem novam theorematis gravissimi ex principiis omnino diversis petitam peritis haud ingratis fore spero, quam exponere statim aggredior.

## 13.

LEMMA. Denotante  $m$  numerum integrum positivum quemcunque, functio  $\sin \varphi \cdot x^m - \sin m \varphi \cdot r^{m-1} x + \sin (m-1) \varphi \cdot r^m$  divisibilis erit per  $xx - 2 \cos \varphi \cdot rx + rr$ .

*Demonstr.* Pro  $m = 1$  functio illa fit  $= 0$  adeoque per quemcunque factorem divisibilis; pro  $m = 2$  quotiens fit  $\sin \varphi$ , et pro quovis valore maiori quotiens erit  $\sin \varphi \cdot x^{m-2} + \sin 2 \varphi \cdot r x^{m-3} + \sin 3 \varphi \cdot r r x^{m-4} + \text{etc.} + \sin (m-1) \varphi \cdot r^{m-2}$ . Facile enim confirmatur, multiplicata hac functione per  $xx - 2 \cos \varphi \cdot rx + rr$ , productum functioni propositae aequale fieri.



14.

LEMMA. Si quantitas  $r$  angulusque  $\varphi$  ita sunt determinati, ut habeantur aequationes

$$r^m \cos m\varphi + Ar^{m-1} \cos(m-1)\varphi + Br^{m-2} \cos(m-2)\varphi + \text{etc.} \\ + Krr \cos 2\varphi + Lr \cos \varphi + M = 0 \quad . \quad . \quad [1]$$

$$r^m \sin m\varphi + Ar^{m-1} \sin(m-1)\varphi + Br^{m-2} \sin(m-2)\varphi + \text{etc.} \\ + Krr \sin 2\varphi + Lr \sin \varphi = 0 \quad . \quad . \quad [2]$$

functio  $x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + Kxx + Lx + M = X$  divisibilis erit per factorem duplicem  $xx - 2 \cos \varphi . rx + rr$ , si modo  $r \sin \varphi \neq 0$ ; si vero  $r \sin \varphi = 0$ , eadem functio divisibilis erit per factorem simplicem  $x - r \cos \varphi$ .

Demonstr. I. Ex art. praec. omnes sequentes quantitates divisibiles erunt per  $xx - 2 \cos \varphi . rx + rr$ :

$$\begin{array}{lll} \sin \varphi . rx^m & - \sin m\varphi . r^m x & + \sin(m-1)\varphi . r^{m+1} \\ A \sin \varphi . rx^{m-1} & - A \sin(m-1)\varphi . r^{m-1} x + A \sin(m-2)\varphi . r^m & \\ B \sin \varphi . rx^{m-2} & - B \sin(m-2)\varphi . r^{m-2} x + B \sin(m-3)\varphi . r^{m-1} & \\ & \text{etc.} & \text{etc.} \\ K \sin \varphi . rxx & - K \sin 2\varphi . rrx & + K \sin \varphi . r^3 \\ L \sin \varphi . rx & - L \sin \varphi . rx & * \\ M \sin \varphi . r & * & + M \sin(-\varphi) . r \end{array}$$

Quamobrem etiam summa harum quantitatum per  $xx - 2 \cos \varphi . rx + rr$  divisibilis erit. At singularum partes primae constituunt summam  $\sin \varphi . rX$ ; secundae additae dant 0, propter [2]; tertiarum vero aggregatum quoque evanescere, facile perspicitur, si [1] multiplicatur per  $\sin \varphi$ , [2] per  $\cos \varphi$ , productumque illud ab hoc subducitur. Unde sequitur, functionem  $\sin \varphi . rX$  divisibilem esse per  $xx - 2 \cos \varphi . rx + rr$ , adeoque, nisi fuerit  $r \sin \varphi = 0$ , etiam functionem  $X$ . Q. E. P.

II. Si vero  $r \sin \varphi = 0$ , erit aut  $r = 0$  aut  $\sin \varphi = 0$ . In casu priori erit  $M = 0$ , propter [1], adeoque  $X$  per  $x$  sive per  $x - r \cos \varphi$  divisibilis; in posteriori erit  $\cos \varphi = \pm 1$ ,  $\cos 2\varphi = +1$ ,  $\cos 3\varphi = \pm 1$  et generaliter  $\cos n\varphi = \cos \varphi^n$ . Quare propter [1] fiet  $X = 0$ , statuendo  $x = r \cos \varphi$ , et proin functio  $X$  per  $x - r \cos \varphi$  erit divisibilis. Q. E. S.

## 15.

Theorema praecedens plerumque adiumento quantitatum imaginariarum demonstratur, vid. EULER *Introd. in Anal. Inf.* T. I. p. 110; operae pretium esse duxi, ostendere, quomodo acque facile absque illarum auxilio erui possit. Manifestum iam est, ad demonstrationem theorematis nostri nihil aliud requiri quam ut ostendatur: *Proposita functione quacunq̄ue X formae  $x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + \text{etc.} + Lx + M$ , r et  $\varphi$  ita determinari posse, ut aequationes [1] et [2] locum habeant.* Hinc enim sequetur, X habere factorem realem primi vel secundi gradus; divisio autem necessario producet quotientem realem inferioris gradus, qui ex eadem ratione quoque factorem primi vel secundi gradus habebit. Per continuationem huius operationis X tandem in factores reales simplices vel duplices resolvetur. Illud itaque theorema demonstrare, propositum est sequentium disquisitionum.

## 16.

Concipiatur planum fixum infinitum (planum tabulae, fig. 1), et in hoc recta fixa infinita GC per punctum fixum C transiens. Assumta aliqua longitudine pro unitate ut omnes rectae per numeros exprimi possint, erigatur in quovis puncto plani P, cuius distantia a centro C est r angulusque GCP =  $\varphi$ , perpendicularum aequale valori expressionis

$$r^m \sin m\varphi + Ar^{m-1} \sin (m-1)\varphi + \text{etc.} + Lr \sin \varphi$$

quem brevitatis gratia in sequentibus semper per T designabo. Distantiam r semper tamquam positivam considero, et pro punctis, quae axi ab altera parte iacent, angulus  $\varphi$  aut tamquam duobus rectis maior, aut tamquam negativus (quod hic eodem redit) spectari debet. Extremitates horum perpendicularorum (quae pro valore positivo ipsius T supra planum accipiendae sunt, pro negativo infra, pro evanescente in plano ipso) erunt ad superficiem curvam continuam quaquaversum infinitam, quam brevitatis gratia in sequentibus *superficiem primam* vocabo. Prorsus simili modo ad idem planum et centrum eundemque axem referatur alia superficies, cuius altitudo supra quodvis plani punctum sit

$$r^m \cos m\varphi + Ar^{m-1} \cos (m-1)\varphi + \text{etc.} + Lr \cos \varphi + M$$

quam expressionem brevitatis gratia semper per U denotabo. Superficiem vero hanc, quae etiam continua et quaquaversum infinita erit, per denominationem

*superficiae secundae* a priori distinguam. Tunc manifestum est, totum negotium in eo versari, ut demonstretur, ad minimum unum punctum dari, quod simul in plano, in superficie prima et in superficie secunda iaceat.

17.

Facile perspicui potest, superficiem primam partim supra planum partim infra planum iacere; patet enim distantiam a centro  $r$  tam magnam accipi posse, ut reliqui termini in  $T$  prae primo  $r^m \sin m\varphi$  evanescant; hic vero, angulo  $\varphi$  rite determinato, tam positivus quam negativus fieri potest. Quare planum fixum necessario a superficie prima secabitur; hanc plani cum superficie prima intersectionem vocabo *lineam primam*; quae itaque determinabitur per aequationem  $T = 0$ . Ex eadem ratione planum a superficie secunda secabitur; intersectio constituet curvam per aequationem  $U = 0$  determinatam, quam *lineam secundam* appellabo. Proprie utraque curva ex pluribus ramis constabit, qui omnino seiuncti esse possunt, singuli vero erunt lineae continuae. Quin adeo linea prima semper erit talis, quam complexam vocant, axisque  $GC$  tamquam pars huius curvae spectanda; quicumque enim valor ipsi  $r$  tribuatur,  $T$  semper fiet  $= 0$ , quando  $\varphi$  aut  $= 0$  aut  $= 180^\circ$ . Sed praestat complexum cunctorum ramorum per omnia puncta, ubi  $T = 0$ , transeuntium tamquam unam curvam considerare (secundum usum in geometria sublimiori generaliter receptum), similiterque cunctos ramos per omnia puncta transeuntes, ubi  $U = 0$ . Patet iam, rem eo reductam esse, ut demonstretur, ad minimum unum punctum in plano dari, ubi ramus aliquis lineae primae a ramo lineae secundae secetur. Ad hunc finem indolem harum linearum propius contemplari oportebit.

18.

Ante omnia observo, utramque curvam esse algebraicam, et quidem, si ad coordinatas orthogonales revocetur, ordinis  $m^{\text{ti}}$ . Sumto enim initio abscissarum in  $C$ , abscissisque  $x$  versus  $G$ , applicatis  $y$  versus  $P$ , erit  $x = r \cos \varphi$ ,  $y = r \sin \varphi$ , adeoque generaliter, quidquid sit  $n$ ,

$$r^n \sin n\varphi = nx^{n-1}y - \frac{n \cdot n-1 \cdot n-2}{1 \cdot 2 \cdot 3} x^{n-3}y^3 + \frac{n \cdot \dots \cdot n-4}{1 \cdot \dots \cdot 5} x^{n-5}y^5 - \text{etc.}$$

$$r^n \cos n\varphi = x^n - \frac{n \cdot n-1}{1 \cdot 2} x^{n-2}yy + \frac{n \cdot n-1 \cdot n-2 \cdot n-3}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} x^{n-4}y^4 - \text{etc.}$$

Quamobrem tum  $T$  tum  $U$  constabunt ex pluribus huiusmodi terminis  $ax^ny^b$ ,

denotantibus  $\alpha$ ,  $\beta$  numeros integros positivos, quorum summa, ubi maxima est, fit  $= m$ . Ceterum facile praevideri potest, cunctos terminos ipsius  $T$  factorem  $y$  involvere, adeoque lineam primam proprie ex recta (cuius aequatio  $y = 0$ ) et curva ordinis  $m - 1^{\text{ti}}$  compositam esse; sed necesse non est ad hanc distinctionem hic respicere.

Maioris momenti erit investigatio, an linea prima et secunda crura infinita habeant, et quot qualiaque. In distantia infinita a puncto  $C$  linea prima, cuius aequatio  $\sin m\varphi + \frac{A}{r}\sin(m-1)\varphi + \frac{B}{r^2}\sin(m-2)\varphi$  etc.  $= 0$ , confundetur cum linea, cuius aequatio  $\sin m\varphi = 0$ . Haec vero exhibet  $m$  lineas rectas in puncto  $C$  se secantes, quarum prima est axis  $GC G'$ , reliquae contra hanc sub angulis  $\frac{1}{m}180$ ,  $\frac{2}{m}180$ ,  $\frac{3}{m}180$  etc. graduum inclinatae. Quare linea prima  $2m$  ramos infinitos habet, qui peripheriam circuli radio infinito descripti in  $2m$  partes aequales dispartuntur, ita ut peripheria a ramo primo secetur in concursu circuli et axis, a secundo in distantia  $\frac{1}{m}180^\circ$ , a tertio in distantia  $\frac{2}{m}180^\circ$  etc. Eodem modo linea secunda in distantia infinita a centro habebit asymptotam per aequationem  $\cos m\varphi = 0$  expressam, quae est complexus  $m$  rectarum in puncto  $C$  sub aequalibus angulis itidem se secantium, ita tamen, ut prima cum axe  $CG$  constituat angulum  $\frac{1}{m}90^\circ$ , secunda angulum  $\frac{3}{m}90^\circ$ , tertia angulum  $\frac{5}{m}90^\circ$  etc. Quare linea secunda etiam  $2m$  ramos infinitos habebit, quorum singuli medium locum inter binos ramos proximis lineae primae occupabunt, ita ut peripheriam circuli radio infinite magno descripti in punctis, quae  $\frac{1}{m}90^\circ$ ,  $\frac{3}{m}90^\circ$ ,  $\frac{5}{m}90^\circ$  etc. ab axe distant, secent. Ceterum palam est, axem ipsum semper duos ramos infinitos lineae primae constituere, puta primum et  $m + 1^{\text{tum}}$ . Luculentissime hic ramos situs exhibetur in fig. 2, pro casu  $m = 4$  constructa, ubi rami lineae secundae, ut a ramis lineae primae distinguantur, punctati exprimuntur, quod etiam de figura quarta est tenendum\*). — Quum vero hae conclusiones maximi momenti sint, quantitatesque infinite magnae quosdam lectores offendere possint: illas etiam absque infinitorum subsidio in art. sequ. eruere docebo.

19.

THEOREMA. *Manentibus cunctis ut supra, ex centro  $C$  describi poterit circulus.*

\*) Figura quarta constructa est supponendo  $X = x^4 - 2xx + 3x + 10$ , in qua itaque lectores disquisitionibus generalibus et abstractis minus assueti situm respectivum utriusque curvae in concreto intueri poterunt. Longitudo lineae  $CG$  assumpta est  $= 10$  ( $CN = 1,26255$ .)

in cuius periphèria sint  $2m$  puncta, in quibus  $T = 0$ , totidemque, in quibus  $U = 0$ , et quidem ita, ut singula posteriora inter bina priorum iaceant.

Sit summa omnium coëfficientium  $A, B$  etc.  $K, L, M$  positive acceptorum  $= S$ , accipiaturque  $R$  simul  $> S\sqrt{2}$  et  $> 1^*$ ): tum dico in circulo radio  $R$  descripto ea, quae in theoremate enunciata sunt, necessario locum habere. Scilicet designato brevitatis gratia eo puncto huius circumferentiae, quod  $\frac{1}{m}45^\circ$  gradibus ab ipsius concursu cum laeva parte axis distat, sive pro quo  $\varphi = \frac{1}{m}45^\circ$ , per (1); similiter eo puncto, quod  $\frac{3}{m}45^\circ$  ab hoc concursu distat, sive pro quo  $\varphi = \frac{3}{m}45^\circ$ , per (3); porro eo, ubi  $\varphi = \frac{5}{m}45^\circ$ , per (5) etc. usque ad  $(8m-1)$ , quod  $\frac{8m-1}{m}45^\circ$  gradibus ab illo concursu distat, si semper versus eandem partem progredieris, (aut  $\frac{1}{m}45^\circ$  a parte opposita), ita ut omnino  $4m$  puncta in periphèria habeantur, aequalibus intervallis dissita: iacebit inter  $(8m-1)$  et (1) unum punctum, pro quo  $T = 0$ ; nec non sita erunt similia puncta singula inter (3) et (5); inter (7) et (9); inter (11) et (13) etc., quorum itaque multitudo  $2m$ ; eodemque modo singula puncta, pro quibus  $U = 0$ , iacebunt inter (1) et (3); inter (5) et (7); inter (9) et (11), quorum multitudo igitur etiam  $= 2m$ ; denique praeter haec  $4m$  puncta alia in tota periphèria non dabuntur, pro quibus vel  $T$  vel  $U$  sit  $= 0$ .

*Demonstr.* I. In puncto (1) erit  $m\varphi = 45^\circ$  adeoque

$$T = R^{m-1}(R\sqrt{\frac{1}{2}} + A \sin(m-1)\varphi + \frac{B}{R} \sin(m-2)\varphi + \text{etc.} + \frac{L}{R^{m-1}} \sin \varphi)$$

summa vero  $A \sin(m-1)\varphi + \frac{B}{R} \sin(m-2)\varphi$  etc. certo non poterit esse maior quam  $S$ , adeoque necessario erit minor quam  $R\sqrt{\frac{1}{2}}$ : unde sequitur, in hoc puncto valorem ipsius  $T$  certo esse positivum. A potiori itaque  $T$  valorem positivum habebit, quando  $m\varphi$  inter  $45^\circ$  et  $135^\circ$  iacet, i. e. a puncto (1) usque ad (3) valor ipsius  $T$  semper positivus erit. Ex eadem ratione  $T$  a puncto (9) usque ad (11) positivum valorem ubique habebit, et generaliter a quovis puncto  $(8k+1)$  usque ad  $(8k+3)$ , denotante  $k$  integrum quemcunque. Simili modo  $T$  ubique inter (5) et (7), inter (13) et (15) etc. et generaliter inter  $(8k+5)$  et  $(8k+7)$  valorem negativum habebit, adeoque in omnibus his intervallis nullibi poterit esse  $= 0$ . Sed quoniam in (3) hic valor est positivus, in (5) negativus: necessario alicubi inter (3) et (5) erit  $= 0$ ; nec non alicubi inter (7) et (9); inter (11) et (13) etc.

\*) Quando  $S > \sqrt{\frac{1}{2}}$ , conditio prima secundam; quando vero  $S < \sqrt{\frac{1}{2}}$ , secunda primam implicabit.

usque ad intervallum inter  $(8m-1)$  et  $(1)$  incl., ita ut omnino in  $2m$  punctis habeatur  $T = 0$ . Q. E. P.

II. Quod vero praeter haec  $2m$  puncta, alia, hac proprietate praedita, non dantur. ita cognoscitur. Quum inter  $(1)$  et  $(3)$ ; inter  $(5)$  et  $(7)$  etc. nulla sint, aliter fieri non posset, ut plura talia puncta exstent, quam si in aliquo intervallo inter  $(3)$  et  $(5)$ , vel inter  $(7)$  et  $(9)$  etc. ad minimum duo iacerent. Tum vero necessario in eodem intervallo  $T$  alicubi esset *maximum*, vel *minimum*, adeoque  $\frac{dT}{d\varphi} = 0$ . Sed  $\frac{dT}{d\varphi} = mR^{m-2}(R \cos m\varphi + \frac{m-1}{m}A \cos(m-1)\varphi + \text{etc.})$  et  $\cos m\varphi$  inter  $(3)$  et  $(5)$  semper est negativus et  $> \sqrt{\frac{1}{2}}$ . Unde facile perspicitur, in toto hoc intervallo  $\frac{dT}{d\varphi}$  esse quantitatem negativam; eodemque modo inter  $(7)$  et  $(9)$  ubique positivam; inter  $(11)$  et  $(13)$  negativam etc., ita ut in nullo horum intervallorum esse possit  $0$ , adeoque suppositio consistere nequeat. Quare etc. Q. E. S.

III. Prorsus simili modo demonstratur,  $U$  habere valorem negativum ubique inter  $(3)$  et  $(5)$ , inter  $(11)$  et  $(13)$  etc. et generaliter inter  $(8k+3)$  et  $(8k+5)$ ; positivum vero inter  $(7)$  et  $(9)$ , inter  $(15)$  et  $(17)$  etc. et generaliter inter  $(8k+7)$  et  $(8k+9)$ . Hinc statim sequitur,  $U = 0$  fieri debere alicubi inter  $(1)$  et  $(3)$ , inter  $(5)$  et  $(7)$  etc., i. e. in  $2m$  punctis. In nullo vero horum intervallorum fieri poterit  $\frac{dU}{d\varphi} = 0$  (quod facile simili modo ut supra probatur): quamobrem plura quam illa  $2m$  puncta in circuli peripheria non dabuntur, in quibus fiat  $U = 0$ . Q. E. T. et Q.

Ceterum ea theorematis pars, secundum quam plura quam  $2m$  puncta non dantur, in quibus  $T = 0$ , neque plura quam  $2m$ , in quibus  $U = 0$ , etiam inde demonstrari potest, quod per aequationes  $T = 0$ ,  $U = 0$  exhibentur curvae  $m^{\text{ti}}$  ordinis, quales a circulo tamquam curva secundi ordinis in pluribus quam  $2m$  punctis secari non posse, ex geometria sublimiori constat.

## 20.

Si circulus alius radio maiori quam  $R$  ex eodem centro describitur. eodemque modo dividitur: etiam in hoc inter puncta  $(3)$  et  $(5)$  iacebit punctum unum, in quo  $T = 0$ , itemque inter  $(7)$  et  $(9)$  etc., perspicieturque facile, quo minus radius huius circuli a radio  $R$  differat, eo propius huiusmodi puncta inter  $(3)$  et  $(5)$  in utriusque circumferentia sita esse debere. Idem etiam locum habebit, si circulus radio aliquantum minori quam  $R$ , attamen maiori quam  $S\sqrt{2}$  et  $1$ , describitur. Ex his nullo negotio intelligitur, circuli radio  $R$  descripti circumferen-

tiam in eo puncto inter (3) et (5), ubi  $T = 0$ , revera *secari* ab aliquo ramo lineae primae; idemque valet de reliquis punctis, ubi  $T = 0$ . Eodem modo patet. circumferentiam circuli huius in omnibus  $2m$  punctis, ubi  $U = 0$ , ab aliquo ramo lineae secundae secari. Hae conclusiones etiam sequenti modo exprimi possunt: Descripto circulo debitae magnitudinis e centro  $C$ , in hunc intrabunt  $2m$  rami lineae primae totidemque rami lineae secundae, et quidem ita, ut bini rami proximi lineae primae per aliquem ramum lineae secundae ab invicem separentur. Vid. fig. 2, ubi circulus iam non infinitae sed finitae magnitudinis erit, numerique singulis ramis adscripti cum numeris, per quos in art. praec. et hoc limites certos in peripheria brevitatis causa designavi, non sunt confundendi.

## 21.

Iam ex hoc situ relativo ramorum in circulum intrantium tot modis diversis deduci potest, intersectionem alicuius rami lineae primae cum ramo lineae secundae intra circulum necessario dari, ut, quatenam potissimum methodus prae reliquis eligenda sit, propemodum nesciam. Luculentissima videtur esse haec: Designemus (fig. 2) punctum peripheriae circuli, ubi a laeva axis parte (quae ipsa est unus ex  $2m$  ramis lineae primae) secatur, per 0; punctum proximum, ubi ramus lineae secundae intrat, per 1; punctum huic proximum, ubi secundus lineae primae ramus intrat, per 2, et sic porro usque ad  $4m - 1$ , ita ut in quovis puncto numero pari signato ramus lineae secundae in circulum intret, contra ramus lineae secundae in omnibus punctis per numerum imparem expressis. Iam ex geometria sublimiori constat, quamvis curvam algebraicam, (sive singulas cuiusvis curvae algebraicae partes, si forte e pluribus composita sit) aut in se redeuntem aut utrimque in infinitum excurrentem esse, adeoque si ramus aliquis curvae algebraicae in spatium definitum intret, eundem necessario ex hoc spatio rursus alicubi exire debere\*). Hinc concluditur facile, quodvis punctum numero pari signa-

\*) Satis bene certe demonstratum esse videtur, curvam algebraicam neque alicubi subito abrumpi posse (uti e. g. evenit in curva transcendente, cuius aequatio  $y = \frac{1}{\log x}$ ), neque post spiras infinitas in aliquo puncto se quasi perdere (ut spiralis logarithmica), quantumque scio nemo dubium contra hanc rem movit. Attamen si quis postulat, demonstrationem nullis dubiis obnoxiam alia occasione tradere suscipiam. In casu praesenti vero manifestum est, si aliquis ramus e. g. 2, ex circulo nullibi exiret (fig. 3), te in circulum inter 0 et 2 intrare, postea circa totum hunc ramum (qui in circuli spatio se perdere deberet) circummeare, et tandem inter 2 et 4 rursus ex circulo egredi posse, ita ut nullibi in tota via in lineam primam incideris. Hoc vero absurdum esse inde patet, quod in puncto, ubi in circulum ingressus es, superficiem

tum (seu, brevitatis caussa, *quodvis punctum par*) per ramum lineae primae cum alio puncto pari intra circulum iunctum esse debere, similiterque quodvis punctum numero impari notatum cum alio simili puncto per ramum lineae secundae. Quamquam vero haec binorum punctorum connexio secundum indolem functionis  $X$  perquam diversa esse potest, ita ut in genere determinari nequeat, tamen facile demonstrari potest, *quaecunque demum illa sit, semper intersectionem lineae primae cum linea secunda oriri.*

## 22.

Demonstratio huius necessitatis commodissime apagogice representari posse videtur. Scilicet supponamus, iunctionem binorum quorumque punctorum parium, et binorum quorumque punctorum imparium ita adornari posse, ut nulla intersectio rami lineae primae cum ramo lineae secundae inde oriatur. Quoniam axis est pars lineae primae, manifesto punctum 0 cum puncto  $2m$  iunctum erit. Punctum 1 itaque cum nullo puncto ultra axem sito, i. e. cum nullo puncto per numerum maiorem quam  $2m$  expresso iunctum esse potest, alioquin enim linea iungens necessario axem secaret. Si itaque 1 cum puncto  $n$  iunctum esse supponitur, erit  $n < 2m$ . Ex simili ratione si 2 cum  $n'$  iunctum esse statuitur, erit  $n' < n$ , quia alioquin ramus  $2 \dots n'$  ramum  $1 \dots n$  necessario secaret. Ex eadem caussa punctum 3 cum aliquo punctorum inter 4 et  $n'$  iacentium iunctum erit, patetque si 3, 4, 5 etc. iuncta esse supponantur cum  $n''$ ,  $n'''$ ,  $n''''$  etc.,  $n'''$  iacere inter 5 et  $n''$ ,  $n''''$  inter 6 et  $n''$  etc. Unde perspicuum est, tandem ad aliquod punctum  $h$  perventum iri, quod cum puncto  $h+2$  iunctum sit, et tum ramus, qui in puncto  $h+1$  in circulum intrat, necessario ramum puncta  $h$  et  $h+2$  iungentem secabit. Quia autem alter horum duorum ramorum ad lineam primam, alter ad secundam pertinebit, manifestum iam est, suppositionem esse contradictoriam, adeoque necessario alicubi intersectionem lineae primae cum linea secunda fieri.

---

primam supra te habuisti, in egressu, infra; quare necessario alicubi in superficiem primam ipsam incidere debuisti, sive in punctum lineae primae. — Ceterum ex hoc ratiocinio principis geometriae situs innixo, quae haud minus valida sunt, quam principia geometriae magnitudinis, sequitur tantummodo, si in aliquo ramo lineae primae in circulum intres, te alio loco ex circulo rursus egredi posse, semper in linea prima manendo, neque vero, viam tuam esse lineam continuam in eo sensu, quo in geometria sublimiori accipitur. Sed hic sufficit, viam esse lineam continuam in sensu communi, i. e. nullibi interruptam sed ubique cohaerentem.



Si haec cum praecedentibus iunguntur. ex omnibus disquisitionibus explicatis colligetur, theorema, *quamvis functionem algebraicam rationalem integram unius indeterminatae in factores reales primi vel secundi gradus resolvi posse*, omni rigore demonstratum.

## 23.

Ceterum haud difficile ex iisdem principiis deduci potest, non solum unam sed ad minimum  $m$  intersectiones lineae primae cum secunda dari, quamquam etiam fieri potest, ut linea prima a pluribus ramis lineae secundae in eodem puncto secetur, in quo casu functio  $X$  plures factores aequales habebit. Attamen quum hic sufficiat, unius intersectionis necessitatem demonstravisse, fusius huic rei brevitate causa non immoror. Ex eadem ratione etiam alias harum linearum proprietates hic uberius non persequor, e. g. intersectionem semper fieri sub angulis rectis; aut si plura crura utriusque curvae in eodem puncto conveniant, totidem crura lineae primae affore, quot crura lineae secundae, haecque alternatim posita esse, et sub aequalibus angulis se secare etc.

Denique observo, minime impossibile esse, ut demonstratio praecedens, quam hic principiis geometricis superstruxi, etiam in forma mere analytica exhibeatur: sed eam representationem, quam hic explicavi, minus abstractam evadere credidi, verumque nervum probandi hic multo clarius ob oculos poni, quam a demonstratione analytica expectari possit.

Coronidis loco adhuc aliam methodum theorema nostrum demonstrandi ad digitabo, quae primo aspectu non modo a demonstratione praecedente, sed etiam ab omnibus demonstrationibus reliquis supra enarratis maxime diversa esse videbitur, et quae nihilominus cum D'ALEMBERTIANA, si ad essentiam spectas proprie eadem est. Cum qua illam comparare, parallelismumque inter utramque explorare peritis committo, in quorum gratiam unice subiuncta est.

## 24.

Supra planum figurae 4 relative ad axem  $CG$  punctumque fixum  $C$  descriptas suppono superficiem primam et secundam eodem modo ut supra. Accipe punctum quodcunque in aliquo ramo lineae primae situm sive ubi  $T = 0$ , (e. g. quodlibet punctum  $M$  in axe iacens), et nisi in hoc etiam  $U = 0$ , progredere ex hoc puncto in linea prima versus eam partem, versus quam magnitudo abso-





luta ipsius  $U$  decrescit. Si forte in puncto  $M$  valor absolutus ipsius  $U$  versus utramque partem decrescit, arbitrarium est, quorsum progrediaris; quid vero faciendum sit, si  $U$  versus utramque partem crescat, statim docebo. Manifestum est itaque, dum semper in linea prima progrediaris, necessario tandem te ad punctum perventurum, ubi  $U = 0$ , aut ad tale, ubi valor ipsius  $U$  fiat minimum, e.g. punctum  $N$ . In priori casu quod quaerebatur, inventum est; in posteriori vero demonstrari potest, in hoc puncto plures ramos lineae primae sese intersecare (et quidem multitudinem parem ramorum), quorum semissis ita comparati sint, ut si in aliquem eorum deflectas (sive huc sive illuc) valor ipsius  $U$  adhucdum decrescere pergat. (Demonstrationem huius theorematis, prolixiorum quam difficiliorem brevitatis gratia suppressere debeo.) In hoc itaque ramo iterum progredi poteris, donec  $U$  aut fiat  $= 0$  (uti in fig. 4 evenit in  $P$ ), aut denuo minimum. Tum rursus deflectes, necessarioque tandem ad punctum pervenies, ubi sit  $U = 0$ .

Contra hanc demonstrationem obiici posset dubium, annon possibile sit, ut quantumvis longe progrediaris, et quamvis valor ipsius  $U$  semper decrescat, tamen haec decremента continuo tardiora fiant, et nihilominus ille valor limitem aliquem nusquam attingat; quae obiectio responderet quartae in art. 6. Sed haud difficile foret, terminum aliquem assignare, quem simulac transieris, valor ipsius  $U$  necessario non modo semper rapidius mutari debeat, sed etiam *decrescere* non amplius possit, ita ut antequam ad hunc terminum perveneris, necessario valor 0 iam affuisse debeat. Hoc vero et reliqua, quae in hac demonstratione addigittare tantummodo potui, alia occasione fusius exsequi mihi reservo.

---

*Principia quibus haec demonstratio innititur detezimus Initio Octob. 1797.*

---



Source: U.S. Patent Office



DEMONSTRATIO NOVA ALTERA

THEOREMATIS

OMNEM FUNCTIONEM ALGEBRAICAM  
RATIONALEM INTEGRAM

UNIUS VARIABILIS

IN FACTORES REALES PRIMI VEL SECUNDI GRADUS

RESOLVI POSSE

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO GAUSS

SOCIETATI REGIAE SCIENTIARUM TRADITA 1815. DEC. 7.

---

Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis recentiores. Vol. III.

Gottingae MDCCCXVI.

---



DEMONSTRATIO NOVA ALTERA THEOREMATIS  
OMNEM FUNCTIONEM ALGEBRAICAM RATIONALEM INTEGRAM  
UNIUS VARIABILIS

IN FACTORES REALES PRIMI VEL SECUNDI GRADUS RESOLVI POSSE.

---

1.

Quamquam demonstratio theorematis de resolutione functionum algebraicarum integrarum in factores, quam in commentatione sedecim abhinc annis promulgata tradidi, tum respectu rigoris tum simplicitatis nihil desiderandum relinquere videatur, tamen haud ingratum fore geometris spero, si iterum ad eandem quaestionem gravissimam revertar, atque e principiis prorsus diversis demonstrationem alteram haud minus rigorosam adstruere coner. Pendet scilicet illa demonstratio prior, partim saltem, a considerationibus geometricis: contra ea, quam hic exponere aggredior, principiis mere analyticis innixa erit. Methodorum analyticarum, per quas usque ad illud quidem tempus alii geometrae theorema nostrum demonstrare susceperunt, insigniores loco citato recensui, et quibus vitiis laborent copiose exposui. Quorum gravissimum ac vere radicale omnibus illis conatibus, perinde ac recentioribus, qui quidem mihi innotuerunt, commune: quod tamen neququam inevitabile videri in demonstratione analytica, iam tunc declaravi. Esto iam penes peritos iudicium, an fides olim data per has novas curas plene sit liberata.

2.

Disquisitioni principali quaedam praeliminares praemittentur, tum ne quid deesse videatur, tum quod ipsa fors tractatio iis quoque, quae ab aliis iam de-

libata fuerant, novam qualemcunque lucem affundere poterit. Ac primo quidem de altissimo divisore communi duarum functionum algebraicarum integrarum unius indeterminatae agemus. Ubi praemonendum, hic semper tantum de functionibus integris sermonem esse: e qualibus duabus si productum conflatur, utraque huius *divisor* vocatur. Divisoris *ordo* ex exponente summae potestatis indeterminatae quam continet diiudicatur, nulla prorsus coefficientium numericorum ratione habita. Ceterum quae ad divisores communes functionum pertinent, eo brevius absolute licet, quod iis, quae ad divisores communes numerorum spectant, omnino sunt analoga.

Propositis duabus functionibus  $Y, Y'$  indeterminatae  $x$ , quarum prior sit ordinis altioris aut saltem non inferioris quam posterior, formabimus aequationes sequentes

$$\begin{aligned} Y &= q Y' + Y'' \\ Y' &= q' Y'' + Y''' \\ Y'' &= q'' Y''' + Y'''' \\ &\text{etc. usque ad} \\ Y^{(\mu-1)} &= q^{(\mu-1)} Y^{(\mu)} \end{aligned}$$

ea scilicet lege, ut primo  $Y$  dividatur sueto more per  $Y'$ ; dein  $Y'$  per residuum primae divisionis  $Y''$ , quod erit ordinis inferioris quam  $Y'$ ; tunc rursus residuum primum per secundum  $Y'''$  et sic porro, donec ad divisionem absque residuo perveniatur, quod tandem necessario evenire debere inde patet, quod ordo functionum  $Y', Y'', Y'''$  etc. continuo decrescit. Quas functiones perinde atque quotientes  $q, q', q''$  etc. esse functiones *integras* ipsius  $x$ , vix opus est monere. His praemissis, manifestum est,

I. regrediendo ab ultima istarum aequationum ad primam, functionem  $Y^{(\mu)}$  esse divisorem singularum praecedentium, adeoque certo divisorem communem propositarum  $Y, Y'$ .

II. Progrediendo a prima aequatione ad ultimam, elucet, quemlibet divisorem communem functionum  $Y, Y'$  etiam metiri singulas sequentes, et proin etiam ultimam  $Y^{(\mu)}$ . Quamobrem functiones  $Y, Y'$  habere nequeunt ullum divisorem communem altioris ordinis quam  $Y^{(\mu)}$ , omnisque divisor communis eiusdem ordinis ut  $Y^{(\mu)}$  erit ad hunc in ratione numeri ad numerum, unde hic ipse pro divisore communi summo erit habendus.



III. Si  $Y^{(\mu)}$  est ordinis 0, i. e. numerus, nulla functio indeterminatae  $x$  proprie sic dicta ipsas  $Y, Y'$  metiri potest: in hoc itaque casu dicendum est, has functiones divisorem communem non habere.

IV. Excerptamus ex aequationibus nostris penultimam; dein ex hac eliminemus  $Y^{(\mu-1)}$  adiumento aequationis antepenultimae; tunc iterum eliminemus  $Y^{(\mu-2)}$  adiumento aequationis praecedentis et sic porro: hoc pacto habebimus

$$\begin{aligned} Y^{(\mu)} &= +k Y^{(\mu-2)} - k' Y^{(\mu-1)} \\ &= -k' Y^{(\mu-3)} + k'' Y^{(\mu-2)} \\ &= +k'' Y^{(\mu-4)} - k''' Y^{(\mu-3)} \\ &= -k''' Y^{(\mu-5)} + k'''' Y^{(\mu-4)} \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

si functiones  $k, k', k''$  etc. ex lege sequente formatas supponamus

$$\begin{aligned} k &= 1 \\ k' &= q^{(\mu-2)} \\ k'' &= q^{(\mu-3)} k' + k \\ k''' &= q^{(\mu-4)} k'' + k' \\ k'''' &= q^{(\mu-5)} k''' + k'' \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

Erit itaque

$$\pm k^{(\mu-2)} Y \mp k^{(\mu-1)} Y' = Y^{(\mu)}$$

valentibus signis superioribus pro  $\mu$  pari, inferioribus pro impari. In eo itaque casu, ubi  $Y$  et  $Y'$  divisorem communem non habent, invenire licet hoc modo duas functiones  $Z, Z'$  indeterminatae  $x$  tales, ut habeatur

$$ZY + Z'Y' = 1$$

V. Haec propositio manifesto etiam inversa valet, puta, si satisfieri potest aequationi

$$ZY + Z'Y' = 1$$

ita, ut  $Z, Z'$  sint functiones integrae indeterminatae  $x$ , ipsae  $Y$  et  $Y'$  certo divisorem communem habere nequeunt.

## 3.

Disquisitio praeliminaris altera circa transformationem functionum symmetricarum versabitur. Sint  $a, b, c$  etc. quantitates indeterminatae, ipsarum multitudo  $m$ , designemusque per  $\lambda'$  illarum summam, per  $\lambda''$  summam productorum e binis, per  $\lambda'''$  summam productorum e ternis etc., ita ut ex evolutione producti

$$(x-a)(x-b)(x-c)\dots$$

oriatur

$$x^m - \lambda'x^{m-1} + \lambda''x^{m-2} - \lambda'''x^{m-3} + \text{etc.}$$

Ipsae itaque  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. sunt functiones symmetricae indeterminatarum  $a, b, c$  etc., i. e. tales, in quibus hae indeterminatae eodem modo occurrunt, sive clarius, tales, quae per qualemcunque harum indeterminatarum inter se permutationem non mutantur. Manifesto generalius, quaelibet functio integra ipsarum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. (sive has solas indeterminatas implicet, sive adhuc alias ab  $a, b, c$  etc. independentes contineat) erit functio symmetrica integra indeterminatarum  $a, b, c$  etc.

## 4.

Theorema inversum paullo minus obvium. Sit  $\rho$  functio symmetrica indeterminatarum  $a, b, c$  etc., quae igitur composita erit e certo numero terminorum formae

$$Ma^\alpha b^\beta c^\gamma \dots$$

denotantibus  $\alpha, \beta, \gamma$  etc. integros non negativos, atque  $M$  coefficientem vel determinatum vel saltem ab  $a, b, c$  etc. non pendentem (si forte aliae adhuc indeterminatae praeter  $a, b, c$  etc. functionem  $\rho$  ingrediantur). Ante omnia inter singulos hos terminos ordinem certum stabiliemus, ad quem finem primo ipsas indeterminatas  $a, b, c$  etc. ordine certo per se quidem prorsus arbitrario disponemus, e. g. ita, ut  $a$  primum locum obtineat,  $b$  secundum,  $c$  tertium etc. Dein e duobus terminis

$$Ma^\alpha b^\beta c^\gamma \dots \text{ et } Ma^{\alpha'} b^{\beta'} c^{\gamma'} \dots$$

priori ordinem altiolem tribuemus quam posteriori, si fit

$$\text{vel } \alpha > \alpha', \text{ vel } \alpha = \alpha' \text{ et } \beta > \beta', \text{ vel } \alpha = \alpha', \beta = \beta' \text{ et } \gamma > \gamma', \text{ vel etc.}$$

i. e. si e differentiis  $\alpha - \alpha'$ ,  $\beta - \beta'$ ,  $\gamma - \gamma'$  etc. prima, quae non evanescit, positiva evadit. Quocirca quum termini eiusdem ordinis non differant nisi respectu coefficientis  $M$ , adeoque in terminum unum conflari possint, singulos terminos functionis  $\rho$  ad ordines diversos pertinere supponemus.

Iam observamus, si  $Ma^\alpha b^\beta c^\gamma \dots$  sit ex omnibus terminis functionis  $\rho$  is, cui ordo altissimus competat, necessario  $\alpha$  esse maiorem, vel saltem non minorem, quam  $\beta$ . Si enim esset  $\beta > \alpha$ , terminus  $Ma^\beta b^\alpha c^\gamma \dots$ , quem functio  $\rho$ , utpote symmetrica, quoque involvet, foret ordinis altioris quam  $Ma^\alpha b^\beta c^\gamma \dots$  contra hyp. Simili modo  $\beta$  erit maior vel saltem non minor quam  $\gamma$ ; porro  $\gamma$  non minor quam exponens sequens  $\delta$  etc.: proin singulae differentiae  $\alpha - \beta$ ,  $\beta - \gamma$ ,  $\gamma - \delta$  etc. erunt integri non negativi.

Secundo perpendamus, si e quocunque functionibus integris indeterminatarum  $a, b, c$  etc. productum conflatur, huius terminum altissimum necessario esse ipsum productum e terminis altissimis illorum factorum. Aequè manifestum est, terminos altissimos functionum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. resp. esse  $a, ab, abc$  etc. Hinc colligitur, terminum altissimum e producto

$$p = M\lambda'^{\alpha-\beta} \lambda''^{\beta-\gamma} \lambda'''^{\gamma-\delta} \dots$$

prodeuntem esse  $Ma^\alpha b^\beta c^\gamma \dots$ ; quocirca statuendo  $\rho - p = \rho'$ , terminus altissimus functionis  $\rho'$  certo erit ordinis inferioris quam terminus altissimus functionis  $\rho$ . Manifesto autem  $p$ , et proin etiam  $\rho'$ , fiunt functiones integrae symmetricae ipsarum  $a, b, c$  etc. Quamobrem  $\rho'$  perinde tractata, ut antea  $\rho$ , discernatur in  $p' + p''$ , ita ut  $p'$  sit productum e potestatibus ipsarum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. in coefficientem vel determinatum vel saltem ab  $a, b, c$  etc. non pendentem,  $p''$  vero functio integra symmetrica ipsarum  $a, b, c$  etc. talis, ut ipsius terminus altissimus pertineat ad ordinem inferiorem, quam terminus altissimus functionis  $\rho'$ . Eodem modo continuando, manifesto tandem  $\rho$  ad formam  $p + p' + p'' + p'''$  etc. redacta, i. e. in functionem integram ipsarum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. transformata erit.

5.

Theorema in art. praec. demonstratum etiam sequenti modo enunciare possumus: Proposita functione quacunque indeterminatarum  $a, b, c$  etc. integra symmetrica  $\rho$ , assignari potest functio integra totidem aliarum indeterminatarum  $l', l'', l'''$  etc. talis, quae per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. transeat

in  $\rho$ . Facile insuper ostenditur, *hoc unico tantum modo fieri posse*. Supponamus enim, e duabus functionibus diversis indeterminatarum  $l', l'', l'''$  etc. puta tum ex  $r$ , tum ex  $r'$  post substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. resultare eandem functionem ipsarum  $a, b, c$  etc. Tunc itaque  $r - r'$  erit functio ipsarum  $l', l'', l'''$  etc. per se non evanescens, sed quae identice destruitur post illas substitutiones. Hoc vero absurdum esse, facile perspiciemus, si perpendamus,  $r - r'$  necessario compositam esse e certo numero partium formae

$$M l'^a l''^b l'''^c \dots$$

quarum coëfficientes  $M$  non evanescant, et quae singulae respectu exponentium inter se diversae sint, adeoque terminos altissimos e singulis istis partibus prodeuntes exhiberi per

$$M a^{a+b+c+\text{etc.}} b^{b+c+\text{etc.}} c^{c+\text{etc.}} \dots$$

et proin ad ordines diversos referendos esse, ita ut terminus absolute altissimus nullo modo destrui possit.

Ceterum ipse calculus pro huiusmodi transformationibus pluribus compendiis insigniter abbreviari posset, quibus tamen hoc loco non immoramur, quum ad propositum nostrum sola transformationis possibilitas iam sufficiat.

## 6.

Consideremus productum ex  $m(m-1)$  factoribus

$$\begin{aligned} & (a-b)(a-c)(a-d) \dots \\ & \times (b-a)(b-c)(b-d) \dots \\ & \times (c-a)(c-b)(c-d) \dots \\ & \times (d-a)(d-b)(d-c) \dots \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

quod per  $\pi$  denotabimus, et, quum indeterminatas  $a, b, c$  etc. symmetricè involvat, in formam functionis ipsarum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. redactum supponemus. Trans-eat haec functio in  $p$ , si loco ipsarum  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. resp. substituuntur  $l', l'', l'''$  etc. His ita factis, ipsam  $p$  vocabimus *determinantem* functionis

$$y = x^m - l' x^{m-1} + l'' x^{m-2} - l''' x^{m-3} + \text{etc.}$$

Ita e. g. pro  $m = 2$  habemus

$$p = -l'^2 + 4l''$$

Perinde pro  $m = 3$  invenitur

$$p = -l'^2 l''^2 + 4l' l''^3 + 4l''^3 - 18l' l'' l''' + 27l'''^2$$

Determinans functionis  $y$  itaque est functio coefficientium  $l', l'', l'''$  etc. talis, quae per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. transit in productum ex omnibus differentiis inter binas quantitatum  $a, b, c$  etc. In casu eo, ubi  $m = 1$ , i. e. ubi unica tantum indeterminata  $a$  habetur, adeoque nullae omnino adsunt differentiae, ipsum numerum 1 tamquam determinantem functionis  $y$  adoptare conveniet.

In stabilienda notione determinantis, coefficientes functionis  $y$  tamquam quantitates indeterminatas spectare oportuit. Determinans functionis cum coefficientibus determinatis

$$Y = x^m - L'x^{m-1} + L''x^{m-2} - L'''x^{m-3} + \text{etc.}$$

erit numerus determinatus  $P$ , puta valor functionis  $p$  pro  $l' = L', l'' = L'', l''' = L'''$  etc. Quodsi itaque supponimus,  $Y$  resolvi posse in factores simplices

$$Y = (x - A)(x - B)(x - C) \dots$$

sive  $Y$  oriri ex

$$y = (x - a)(x - b)(x - c) \dots$$

statuendo  $a = A, b = B, c = C$  etc., adeoque per easdem substitutiones  $\lambda, \lambda'', \lambda'''$  etc. resp. fieri  $L', L'', L'''$  etc., manifesto  $P$  aequalis erit producto e factoribus

$$\begin{aligned} & (A - B)(A - C)(A - D) \dots \\ & \times (B - A)(B - C)(B - D) \dots \\ & \times (C - A)(C - B)(C - D) \dots \\ & \times (D - A)(D - B)(D - C) \dots \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

Patet itaque, si fiat  $P = 0$ , inter quantitates  $A, B, C$  etc. duas saltem aequales reperiri debere; contra, si non fuerit  $P = 0$ , cunctas  $A, B, C$  etc. necessario inaequales esse. Iam observamus, si statuamus  $\frac{dY}{dx} = Y'$ , sive

$$Y' = mx^{m-1} - (m-1)Lx^{m-2} + (m-2)L''x^{m-3} - (m-3)L'''x^{m-4} + \text{etc.}$$

haberi

$$\begin{aligned} Y' = & (x-B)(x-C)(x-D) \dots \\ & + (x-A)(x-C)(x-D) \dots \\ & + (x-A)(x-B)(x-D) \dots \\ & + (x-A)(x-B)(x-C) \dots \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

Si itaque duae quantitatum  $A, B, C$  etc. aequales sunt, e. g.  $A = B$ ,  $Y'$  per  $x-A$  divisibilis erit, sive  $Y$  et  $Y'$  implicabunt divisorem communem  $x-A$ . Vice versa, si  $Y'$  cum  $Y$  ullum divisorem communem habere supponitur, necessario  $Y'$  aliquem factorem simplicem ex his  $x-A, x-B, x-C$  etc. implicare debet, e. g. primum  $x-A$ , quod manifesto fieri nequit, nisi  $A$  alicui reliquarum  $B, C, D$  etc. aequalis fuerit. Ex his omnibus itaque colligimus duo

THEOREMATA :

- I. Si determinans functionis  $Y$  fit  $= 0$ , certo  $Y$  cum  $Y'$  divisorem communem habet, adeoque, si  $Y$  et  $Y'$  divisorem communem non habent, determinans functionis  $Y$  nequit esse  $= 0$ .
- II. Si determinans functionis  $Y$  non est  $= 0$ , certo  $Y$  et  $Y'$  divisorem communem habere nequeunt; vel, si  $Y$  et  $Y'$  divisorem communem habent, necessario determinans functionis  $Y$  esse debet  $= 0$ .

7.

At probe notandum est, totam vim huius demonstrationis simplicissimae in-niti suppositioni, functionem  $Y$  in factores simplices resolvi posse: quae ipsa suppositio, hocce quidem loco, ubi de demonstratione generali huius resolubilitatis agitur, nihil esset nisi petitio principii. Et tamen a paralogismis huic prorsus similibus non sibi caverunt omnes, qui demonstrationes analyticas theorematis principalis tentaverunt, cuius speciosae illusionis originem iam in ipsa disquisitionis enunciatione animadvertimus, quum omnes in *formam* tantum radicum aequationum inquisiverint, dum *existentiam* temere suppositam demonstrare oportuisset. Sed de tali procedendi modo, qui nimis a rigore et claritate abhorret, satis iam in commentatione supra citata dictum est. Quamobrem iam theoremata art. praec.,

quorum altero saltem ad propositum nostrum non possumus carere, solidiori fundamento superstruemus: a secundo, tamquam faciliori initium faciemus.

8.

Denotemus per  $\rho$  functionem

$$\begin{aligned} & \frac{\pi(x-b)(x-c)(x-d)\dots}{(a-b)^2(a-c)^2(a-d)^2\dots} \\ & + \frac{\pi(x-a)(x-c)(x-d)\dots}{(b-a)^2(b-c)^2(b-d)^2\dots} \\ & + \frac{\pi(x-a)(x-b)(x-d)\dots}{(c-a)^2(c-b)^2(c-d)^2\dots} \\ & + \frac{\pi(x-a)(x-b)(x-c)\dots}{(d-a)^2(d-b)^2(d-c)^2\dots} \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

quae, quoniam  $\pi$  per singulos denominatores est divisibilis, fit functio integra indeterminatarum  $x, a, b, c$  etc. Statuamus porro  $\frac{d\nu}{dx} = \nu'$ , ita ut habeatur

$$\begin{aligned} \nu' &= (x-b)(x-c)(x-d)\dots \\ & + (x-a)(x-c)(x-d)\dots \\ & + (x-a)(x-b)(x-d)\dots \\ & + (x-a)(x-b)(x-c)\dots \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

Manifesto pro  $x = a$ , fit  $\rho\nu' = \pi$ , unde concludimus, functionem  $\pi - \rho\nu'$  indefinite divisibilem esse per  $x - a$ , et perinde per  $x - b, x - c$  etc., nec non per productum  $\nu$ . Statuendo itaque

$$\frac{\pi - \rho\nu'}{\nu} = \sigma$$

erit  $\sigma$  functio integra indeterminatarum  $x, a, b, c$  etc., et quidem, perinde ut  $\rho$ , symmetrica ratione indeterminatarum  $a, b, c$  etc. Erui poterunt itaque functiones duae integrae  $r, s$ , indeterminatarum  $x, l', l'', l'''$  etc., tales quae per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. transeant in  $\rho, \sigma$  resp. Quodsi itaque analogiam sequentes, functionem

$$mx^{m-1} - (m-1)l'x^{m-2} + (m-2)l''x^{m-3} - (m-3)l'''x^{m-4} + \text{etc.}$$

i. e. quotientem differentialem  $\frac{dy}{dx}$  per  $y'$  denotemus, ita ut  $y'$  per easdem illas

substitutiones transeat in  $v'$ , patet,  $p - sy - ry'$  per easdem substitutiones transire in  $\pi - \sigma v - \rho v'$ , i. e. in 0, adeoque necessario iam per se identice evanescere debere (art. 5): habemus proin aequationem identicam

$$p = sy + ry'$$

Hinc si supponamus, ex substitutione  $l' = L'$ ,  $l'' = L''$ ,  $l''' = L'''$  etc. prodire  $r = R$ ,  $s = S$ , erit etiam identice

$$P = SY + RY'$$

ubi quum  $S$ ,  $R$  sint functionis integrae ipsius  $x$ ,  $P$  vero quantitas determinata seu numerus, sponte patet,  $Y$  et  $Y'$  divisorem communem habere non posse, nisi fuerit  $P = 0$ . Quod est ipsum theorema posterius art. 6.

## 9.

Demonstrationem theorematis prioris ita absolvemus, ut ostendamus, in casu eo, ubi  $Y$  et  $Y'$  non habent divisorem communem, certo fieri non posse  $P = 0$ . Ad hunc finem primo, per praecepta art. 2 erutas supponimus duas functiones integras indeterminatae  $x$ , puta  $fx$  et  $\varphi x$ , tales, ut habeatur aequatio identica

$$fx \cdot Y + \varphi x \cdot Y' = 1$$

quam hic ita exhibemus:

$$fx \cdot v + \varphi x \cdot v' = 1 + fx \cdot (v - Y) + \varphi x \cdot \frac{d(v - Y)}{dx}$$

sive, quoniam habemus

$$v' = (x - b)(x - c)(x - d) \dots \\ + (x - a) \cdot \frac{d[(x - b)(x - c)(x - d) \dots]}{dx}$$

in forma sequente:

$$\varphi x \cdot (x - b)(x - c)(x - d) \dots \\ + \varphi x \cdot (x - a) \cdot \frac{d[(x - b)(x - c)(x - d) \dots]}{dx} \\ + fx \cdot (x - a)(x - b)(x - c)(x - d) \dots = 1 + fx \cdot (v - Y) + \varphi x \cdot \frac{d(v - Y)}{dx}$$

Exprimamus brevitate causa

$$fx \cdot (y - Y) + \varphi x \cdot \frac{d(y - Y)}{dx}$$



quae est functio integra indeterminatarum  $x, l', l'', l'''$  etc.

per  $F(x, l', l'', l'''$  etc.)

unde erit identice

$$1 + fx \cdot (v - Y) + \varphi x \cdot \frac{d(v - Y)}{dx} = 1 + F(x, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

Habebimus itaque aequationes identicas [1]

$$\varphi a \cdot (a - b)(a - c)(a - d) \dots = 1 + F(a, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

$$\varphi b \cdot (b - a)(b - c)(b - d) \dots = 1 + F(b, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

$$\varphi c \cdot (c - a)(c - b)(c - d) \dots = 1 + F(c, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

etc.

Supponendo itaque, productum ex omnibus

$$1 + F(a, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

$$1 + F(b, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

$$1 + F(c, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

etc.

quod erit functio integra indeterminatarum  $a, b, c$  etc.,  $l', l'', l'''$  etc. et quidem functio symmetrica respectu ipsarum  $a, b, c$  etc., exhiberi per

$$\psi(l', l'', l''' \text{ etc.}, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

e multiplicatione cunctarum aequationum [1] resultabit aequatio identica nova [2]

$$\pi \varphi a \cdot \varphi b \cdot \varphi c \dots = \psi(l', l'', l''' \text{ etc.}, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

Porro patet, quum productum  $\varphi a \cdot \varphi b \cdot \varphi c \dots$  indeterminatas  $a, b, c$  etc. symmetrice involvat, inveniri posse functionem integram indeterminatarum  $l', l'', l'''$  etc. talem, quae per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. transeat in  $\varphi a \cdot \varphi b \cdot \varphi c \dots$ . Sit  $t$  illa functio, eritque etiam identice [3]

$$pt = \psi(l', l'', l''' \text{ etc.}, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

quoniam haec aequatio per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. in identicam [2] transit.

Iam ex ipsa definitione functionis  $F$  sequitur, identice haberi

$$F(x, L', L'', L''' \text{ etc.}) = 0$$

Hinc etiam identice erit

$$\begin{aligned} 1 + F(a, L', L'', L''' \text{ etc.}) &= 1 \\ 1 + F(b, L', L'', L''' \text{ etc.}) &= 1 \\ 1 + F(c, L', L'', L''' \text{ etc.}) &= 1 \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

et proin erit etiam identice

$$\phi(\lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc., } L', L'', L''' \text{ etc.}) = 1$$

adeoque etiam identice [4]

$$\phi(l', l'', l''' \text{ etc., } L', L'', L''' \text{ etc.}) = 1$$

Quamobrem e combinatione aequationum [3] et [4], et substituendo  $l' = L'$ ,  $l'' = L''$ ,  $l''' = L'''$  etc. habebimus [5]

$$PT = 1$$

si per  $T$  denotamus valorem functionis  $t$  illis substitutionibus respondentem. Qui valor quum necessario fiat quantitas finita,  $P$  certo nequit esse  $= 0$ . Q. E. D.

#### 10.

E praecedentibus iam perspicuum est, quamlibet functionem integram  $Y$  unius indeterminatae  $x$ , cuius determinans sit  $= 0$ , decomponi posse in factores, quorum nullus habeat determinantem  $0$ . Investigato enim divisore communi altissimo functionum  $Y$  et  $\frac{dY}{dx}$ , illa iam in duos factores resoluta habebitur. Si quis horum factorum \*) iterum habet determinantem  $0$ , eodem modo in duos factores resolvitur, eodemque pacto continuabimus, donec  $Y$  in factores tales tandem resoluta habeatur, quorum nullus habeat determinantem  $0$ .

Facile porro perspicietur, inter hos factores, in quos  $Y$  resolvitur, ad mi-

---

\*) Revera quidem non nisi factor iste, qui est ille divisor communis, determinantem  $0$  habere potest. Sed demonstratio huius propositionis hocce loco in quasdam ambages perduceret; neque etiam hic necessaria est, quum factorem alterum, si et huius determinans evanescere posset, eodem modo tractare, ipsumque in factores resolvere liceret.

nimum unum reperiri debere ita comparatum, ut inter factores numeri, qui eius ordinem exprimit, binarius saltem non pluries occurrat, quam inter factores numeri  $m$ , qui exprimit ordinem functionis  $Y$ : puta, si statuatur  $m = k \cdot 2^\mu$ , denotante  $k$  numerum imparem, inter factores functionis  $Y$  ad minimum unus reperietur ad ordinem  $k \cdot 2^\nu$  referendus, ita ut etiam  $k$  sit impar, atque vel  $\nu = \mu$ , vel  $\nu < \mu$ . Veritas huius assertionis sponte sequitur inde, quod  $m$  est aggregatum numerorum, qui ordinem singulorum factorum ipsius  $Y$  exprimunt.

11.

Antequam ulterius progrediamur, expressionem quandam explicabimus, cuius introductio in omnibus de functionibus symmetricis disquisitionibus maximam utilitatem affert, et quae nobis quoque peropportuna erit. Supponamus,  $M$  esse functionem quarundam ex indeterminatis  $a, b, c$  etc., et quidem sit  $\mu$  multitudo earum, quae in expressionem  $M$  ingrediuntur, nullo respectu habito aliarum indeterminatarum, si quas forte implicet ipsa  $M$ . Permutatis illis  $\mu$  indeterminatis omnibus quibus fieri potest modis tum inter se tum cum  $m - \mu$  reliquis ex  $a, b, c$  etc., orientur ex  $M$  aliae expressiones ipsi  $M$  similes, ita ut omnino habeantur

$$m(m-1)(m-2)(m-3) \dots (m-\mu+1)$$

expressiones, ipsa  $M$  inclusa, quarum complexum simpliciter dicemus *complexum omnium*  $M$ . Hinc sponte patet, quid significet aggregatum omnium  $M$ , productum ex omnibus  $M$  etc. Ita e. g.  $\pi$  dicetur productum ex omnibus  $a - b$ ,  $\upsilon$  productum ex omnibus  $x - a$ ,  $\upsilon'$  aggregatum omnium  $\frac{\upsilon}{x-a}$  etc.

Si forte  $M$  est functio symmetrica respectu quarundam ex  $\mu$  indeterminatis, quas continet, istarum permutationes inter se functionem  $M$  non variant, quamobrem in complexu omnium  $M$  quilibet terminus pluries, et quidem  $1.2.3 \dots \nu$  vicibus reperietur, si  $\nu$  est multitudo indeterminatarum, quarum respectu  $M$  est symmetrica. Si vero  $M$  non solum respectu  $\nu$  indeterminatarum symmetrica est, sed insuper respectu  $\nu'$  aliarum, nec non respectu  $\nu''$  aliarum etc., ipsa  $M$  non variabitur sive binae e primis  $\nu$  indeterminatis inter se permutentur, sive binae e secundis  $\nu'$ , sive binae e tertiis  $\nu''$  etc., ita ut semper

$$1.2.3 \dots \nu. \quad 1.2.3 \dots \nu'. \quad 1.2.3 \dots \nu'' \text{ etc.}$$

permutationes terminis identicis respondeant. Quare si ex his terminis identicis semper unicum tantum retineamus, omnino habebimus

$$\frac{m(m-1)(m-2)(m-3)\dots(m-\mu+1)}{1.2.3\dots\nu. 1.2.3\dots\nu'. 1.2.3\dots\nu''\text{etc.}}$$

terminos, quorum complexum dicemus *complexum omnium M exclusis repetitionibus*, ut a *complexu omnium M admissis repetitionibus* distinguatur. Quoties nihil expressis verbis monitum fuerit, repetitiones admitti semper subintelligemus.

Ceterum facile perspicietur, aggregatum omnium *M*, vel productum ex omnibus *M*, vel generaliter quamlibet functionem symmetricam omnium *M* semper fieri functionem symmetricam indeterminatarum *a, b, c* etc., sive admittantur repetitiones, sive excludantur.

## 12.

Iam considerabimus, denotantibus *u, x* indeterminatas, productum ex omnibus  $u - (a+b)x + ab$ , exclusis repetitionibus, quod per  $\zeta$  designabimus. Erit itaque  $\zeta$  productum ex  $\frac{1}{2}m(m-1)$  factoribus his

$$\begin{aligned} & u - (a+b)x + ab \\ & u - (a+c)x + ac \\ & u - (a+d)x + ad \\ & \text{etc.} \\ & u - (b+c)x + bc \\ & u - (b+d)x + bd \\ & \text{etc.} \\ & u - (c+d)x + cd \\ & \text{etc. etc.} \end{aligned}$$

Quae functio quum indeterminatas *a, b, c* etc. symmetrice implicet, assignari poterit functio integra indeterminatarum *u, x, l', l'', l'''* etc., per *z* denotanda, quae transeat in  $\zeta$ , si loco indeterminatarum *l', l'', l'''* etc. substituantur  $\lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. Denique designemus per *Z* functionem solarum indeterminatarum *u, x*, in quam *z* transit, si indeterminatis *l', l'', l'''* etc. tribuamus valores determinatos *L', L'', L'''* etc.

Hae tres functiones  $\zeta, z, Z$  considerari possunt tamquam functiones integrae ordinis  $\frac{1}{2}m(m-1)$  indeterminatae *u* cum coefficientibus indeterminatis, qui

quidem coëfficientes erunt

- pro  $\zeta$ , functiones indeterminatarum  $x, a, b, c$  etc.
- pro  $z$ , functiones indeterminatarum  $x, l', l'', l'''$  etc.
- pro  $Z$ , functiones solius indeterminatae  $x$ .

Singuli vero coëfficientes ipsius  $z$  transibunt in coëfficientes ipsius  $\zeta$  per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc. nec non in coëfficientes ipsius  $Z$  per substitutiones  $l' = L', l'' = L'', l''' = L'''$  etc. Eadem, quae modo de coëfficientibus diximus, etiam de determinantibus functionum  $\zeta, z, Z$  valebunt. Atque in hos ipsos iam propius inquiremus, et quidem eum in finem, ut demonstretur

**THEOREMA.** *Quoties non est  $P = 0$ , determinans functionis  $Z$  certo nequit esse identice  $= 0$ .*

13.

Perfacilis quidem esset demonstratio huius theorematis, si supponere liceret,  $Y$  resolvi posse in factores simplices

$$(x - A)(x - B)(x - C)(x - D) \dots$$

Tunc enim certum quoque esset,  $Z$  esse productum ex omnibus  $u - (A + B)x + AB$ , atque determinantem functionis  $Z$  productum e differentiis inter binas quantitatum

$$\begin{aligned} &(A + B)x - AB \\ &(A + C)x - AC \\ &(A + D)x - AD \\ &\text{etc.} \\ &(B + C)x - BC \\ &(B + D)x - BD \\ &\text{etc.} \\ &(C + D)x - CD \\ &\text{etc. etc} \end{aligned}$$

Hoc vero productum identice evanescere nequit, nisi aliquis factorum per se identice fiat  $= 0$ , unde sequeretur, duas quantitatum  $A, B, C$  etc. aequales esse, adeoque determinantem  $P$  functionis  $Y$  fieri  $= 0$ , contra hyp.

At seposita tali argumentatione, quam ad instar art. 6 a petitione principii proficisci manifestum est, statim ad demonstrationem stabilem theorematis art. 12 explicandam progredimur.

14.

Determinans functionis  $\zeta$  erit productum ex omnibus differentiis inter binas  $(a + b)x - ab$ , quarum differentiarum multitudo est

$$\frac{1}{2}m(m-1)(\frac{1}{2}m(m-1)-1) = \frac{1}{4}(m+1)m(m-1)(m-2)$$

Hic numerus itaque indicat ordinem determinantis functionis  $\zeta$  respectu indeterminatae  $x$ . Determinans functionis  $z$  quidem ad eundem ordinem pertinebit: contra determinans functionis  $Z$  utique ad ordinem inferiorem pertinere potest, quoties scilicet quidam coëfficientes inde ab altissima potestate ipsius  $x$  evanescent. Nostrum iam est demonstrare, in determinante functionis  $Z$  omnes certo coëfficientes evanescere non posse.

Propius considerando differentias illas, quarum productum est determinans functionis  $\zeta$ , deprehendemus, partem ex ipsis (puta differentias inter binas  $(a + b)x - ab$  tales, quae elementum commune habent) suppeditare

$$\text{productum ex omnibus } (a - b)(x - c)$$

e reliquis vero (puta e differentiis inter binas  $(a + b)x - ab$  tales, quarum elementa diversa sunt) oriri

$$\text{productum ex omnibus } (a + b - c - d)x - ab + cd, \text{ exclusis repetitionibus.}$$

Productum prius factorem unumquemque  $a - b$  manifesto  $m - 2$  vicibus continebit, quemvis factorem  $x - c$  autem  $(m - 1)(m - 2)$  vicibus, unde facile concludimus, hocce productum fieri

$$= \pi^{m-2} \nu^{(m-1)(m-2)}$$

Quodsi ita productum posterius per  $\rho$  designamus, determinans functionis  $\zeta$  erit

$$= \pi^{m-2} \nu^{(m-1)(m-2)} \rho$$

Denotando porro per  $r$  functionem indeterminatarum  $x, l', l'', l'''$  etc. eam, quae transit in  $\rho$  per substitutiones  $l' = \lambda', l'' = \lambda'', l''' = \lambda'''$  etc., nec non per  $R$

functionem solius  $x$ , eam, in quam transit  $r$  per substitutiones  $l' = L'$ ,  $l'' = L''$ ,  $l''' = L'''$  etc., patet determinantem functionis  $z$  fieri

$$= p^{m-2} y^{(m-1)(m-2)} r$$

determinantem functionis  $Z$  autem

$$= P^{m-2} Y^{(m-1)(m-2)} R$$

Quare quum per hypothesin  $P$  non sit  $= 0$ , res iam in eo vertitur, ut demonstramus,  $R$  certo identice evanescere non posse.

15.

Ad hunc finem adhuc aliam indeterminatam  $w$  introducemus, atque productum ex omnibus

$$(a + b - c - d)w + (a - c)(a - d)$$

exclusis repetitionibus considerabimus, quod quum ipsas  $a, b, c$  etc. symmetrice involvat, tamquam functio integra indeterminatarum  $w, \lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc. exhiberi poterit. Denotabimus hanc functionem per  $f(w, \lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc.). Multitudo illorum factorum  $(a + b - c - d)w + (a - c)(a - d)$  erit

$$= \frac{1}{2} m(m-1)(m-2)(m-3)$$

unde facile colligimus, fieri

$$f(0, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}) = \pi^{(m-2)(m-3)}$$

et proin etiam

$$f(0, l', l'', l''' \text{ etc.}) = p^{(m-2)(m-3)}$$

nec non

$$f(0, L', L'', L''' \text{ etc.}) = P^{(m-2)(m-3)}$$

Functio  $f(w, L', L'', L'''$  etc.) generaliter quidem loquendo ad ordinem

$$\frac{1}{2} m(m-1)(m-2)(m-3)$$

referenda erit: at in casibus specialibus utique ad ordinem inferiorem pertinere potest, si forte contingat, ut quidam coefficients inde ab altissima potestate ipsius  $w$  evanescant: impossibile autem est, ut illa functio tota sit identice  $= 0$ , quum

aequatio modo inventa doceat, functionis saltem terminum ultimum non evanescere. Supponemus, terminum altissimum functionis  $f(w, L', L'', L''' \text{ etc.})$ , qui quidem coëfficientem non evanescentem habeat, esse  $Nw^y$ . Si igitur substituimus  $w = x - a$ , patet,  $f(x - a, L', L'', L''' \text{ etc.})$  esse functionem integram indeterminatarum  $x, a$ , sive quod idem est, functionem ipsius  $x$  cum coëfficientibus ab indeterminata  $a$  pendentibus, ita tamen ut terminus altissimus sit  $Nx^y$ , et proin coëfficientem determinatum ab  $a$  non pendentem habeat, qui non sit  $= 0$ . Perinde  $f(x - b, L', L'', L''' \text{ etc.})$ ,  $f(x - c, L', L'', L''' \text{ etc.})$  erunt functiones integrae indeterminatae  $x$ , tales ut singularum terminus altissimus sit  $Nx^y$ , terminorum sequentium autem coëfficientes resp. a  $b, c$  etc. pendeant. Hinc productum ex  $m$  factoribus

$$\begin{aligned} & f(x - a, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & f(x - b, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & f(x - c, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

erit functio integra ipsius  $x$ , cuius terminus altissimus erit  $N^m x^{my}$ , dum terminorum sequentium coëfficientes pendent ab indeterminatis  $a, b, c$  etc.

Consideremus iam porro productum ex  $m$  factoribus his

$$\begin{aligned} & f(x - a, l', l'', l''' \text{ etc.}) \\ & f(x - b, l', l'', l''' \text{ etc.}) \\ & f(x - c, l', l'', l''' \text{ etc.}) \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

quod quum sit functio indeterminatarum,  $x, a, b, c$  etc.,  $l', l'', l'''$  etc., et quidem symmetrica respectu ipsarum  $a, b, c$  etc., exhiberi poterit tamquam functio indeterminatarum  $x, \lambda', \lambda'', \lambda'''$  etc.  $l', l'', l'''$  etc. per

$$\varphi(x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

denotanda. Erit itaque

$$\varphi(x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$$

productum ex factoribus

$$\begin{aligned} & f(x - a, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}) \\ & f(x - b, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}) \\ & f(x - c, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}) \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$



et proin indefinite divisibilis per  $\rho$ , quum facile perspiciatur, quemlibet factorem ipsius  $\rho$  in aliquo illorum factorum implicari. Statuamus itaque

$$\varphi(x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}) = \rho \psi(x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$$

ubi characteristicam  $\psi$  functionem integram exhibebit. Hinc vero facile deducitur, etiam identice esse

$$\varphi(x, L', L'', L''' \text{ etc.}, L', L'', L''' \text{ etc.}) = R \psi(x, L', L'', L''' \text{ etc.})$$

Sed supra demonstravimus, productum e factoribus

$$\begin{aligned} & f(x - a, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & f(x - b, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & f(x - c, L', L'', L''' \text{ etc.}) \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

quod erit  $= \varphi(x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.}, L', L'', L''' \text{ etc.})$  habere terminum altissimum  $N^m x^{m'v}$ ; eundem terminum altissimum habebit functio  $\varphi(x, L', L'', L''' \text{ etc.}, L', L'', L''' \text{ etc.})$  adeoque certo non est identice  $= 0$ . Quocirca etiam  $R$  nequit esse identice  $= 0$ , neque adeo etiam determinans functionis  $Z$ . Q. E. D.

16.

**THEOREMA.** Denotet  $\varphi(u, x)^*$  productum ex quotcunque factoribus talibus, in quos indeterminatae  $u, x$  lineariter tantum ingrediuntur, sive qui sint formae

$$\begin{aligned} & \alpha + \beta u + \gamma x \\ & \alpha' + \beta' u + \gamma' x \\ & \alpha'' + \beta'' u + \gamma'' x \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

sit porro  $w$  alia indeterminata. Tunc functio

$$\varphi\left(u + w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{dx}, x - w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{du}\right) = \Omega$$

indefinite erit divisibilis per  $\varphi(u, x)$ .

---

\*) Vel nobis non momentibus quisque videbit, signa in art. praec. introducta restringi ad istum solum articulum, et proin significationem characterum  $\varphi, w$  praesentem non esse confundendam cum pristina.

*Dem.* Statuendo

$$\begin{aligned}\varphi(u, x) &= (\alpha + \delta u + \gamma x) Q \\ &= (\alpha' + \delta' u + \gamma' x) Q' \\ &= (\alpha'' + \delta'' u + \gamma'' x) Q'' \\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

erunt  $Q, Q', Q''$  etc. functiones integrae indeterminatarum  $u, x, \alpha, \delta, \gamma, \alpha', \delta', \gamma', \alpha'', \delta'', \gamma''$  etc. atque

$$\begin{aligned}\frac{d\varphi(u, x)}{dx} &= \gamma Q + (\alpha + \delta u + \gamma x) \cdot \frac{dQ}{dx} \\ &= \gamma' Q' + (\alpha' + \delta' u + \gamma' x) \cdot \frac{dQ'}{dx} \\ &= \gamma'' Q'' + (\alpha'' + \delta'' u + \gamma'' x) \cdot \frac{dQ''}{dx} \\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

$$\begin{aligned}\frac{d\varphi(u, x)}{du} &= \delta Q + (\alpha + \delta u + \gamma x) \cdot \frac{dQ}{du} \\ &= \delta' Q' + (\alpha' + \delta' u + \gamma' x) \cdot \frac{dQ'}{du} \\ &= \delta'' Q'' + (\alpha'' + \delta'' u + \gamma'' x) \cdot \frac{dQ''}{du} \\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

Substitutis hisce valoribus in factoribus, e quibus conflatur productum  $\Omega$ , puta in

$$\begin{aligned}\alpha + \delta u + \gamma x + \delta w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{dx} - \gamma w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{du} \\ \alpha' + \delta' u + \gamma' x + \delta' w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{dx} - \gamma' w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{du} \\ \alpha'' + \delta'' u + \gamma'' x + \delta'' w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{dx} - \gamma'' w \cdot \frac{d\varphi(u, x)}{du} \\ \text{etc. resp.}\end{aligned}$$

hi obtinent valores sequentes

$$\begin{aligned}(\alpha + \delta u + \gamma x) (1 + \delta w \cdot \frac{dQ}{dx} - \gamma w \cdot \frac{dQ}{du}) \\ (\alpha' + \delta' u + \gamma' x) (1 + \delta' w \cdot \frac{dQ'}{dx} - \gamma' w \cdot \frac{dQ'}{du}) \\ (\alpha'' + \delta'' u + \gamma'' x) (1 + \delta'' w \cdot \frac{dQ''}{dx} - \gamma'' w \cdot \frac{dQ''}{du}) \\ \text{etc.}\end{aligned}$$

quapropter  $\Omega$  erit productum ex  $\varphi(u, x)$  in factores

$$\begin{aligned} &1 + \delta w \cdot \frac{dQ}{dx} - \gamma w \cdot \frac{dQ}{du} \\ &1 + \delta' w \cdot \frac{dQ'}{dx} - \gamma' w \cdot \frac{dQ'}{du} \\ &1 + \delta'' w \cdot \frac{dQ''}{dx} - \gamma'' w \cdot \frac{dQ''}{du} \end{aligned}$$

etc. i. e. ex  $\varphi(u, x)$  in functionem integram indeterminatarum  $u, x, w, \alpha, \delta, \gamma, \alpha', \delta', \gamma', \alpha'', \delta'', \gamma''$  etc. Q. E. D.

17.

Theorema art. praec. manifesto applicabile est ad functionem  $\zeta$ , quam ab hinc per

$$f(u, x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$$

exhiberi supponemus, ita ut

$$f(u + w \cdot \frac{d\zeta}{dx}, x - w \cdot \frac{d\zeta}{du}, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$$

indefinite divisibilis evadat per  $\zeta$ : quotientem, qui erit functio integra indeterminatarum  $u, x, w, a, b, c$  etc., symmetrica respectu ipsarum  $a, b, c$  etc., exhibebimus per

$$\psi(u, x, w, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$$

Hinc concludimus, fieri etiam identice

$$f(u + w \cdot \frac{dz}{dx}, x - w \cdot \frac{dz}{du}, l', l'', l''' \text{ etc.}) = z\psi(u, x, w, l', l'', l''' \text{ etc.})$$

nec non

$$f(u + w \cdot \frac{dZ}{dx}, x - w \cdot \frac{dZ}{du}, L', L'', L''' \text{ etc.}) = Z\psi(u, x, w, L', L'', L''' \text{ etc.})$$

Quodsi itaque functionem  $Z$  simpliciter exhibemus per  $F(u, x)$ , ita ut habeatur

$$f(u, x, L', L'', L''' \text{ etc.}) = F(u, x)$$

erit identice

$$F(u + w \cdot \frac{dZ}{dx}, x - w \cdot \frac{dZ}{du}) = Z\psi(u, x, w, L', L'', L''' \text{ etc.})$$

18.

Si itaque e valoribus determinatis ipsarum  $u, x$ , puta ex  $u = U, x = X$ , prodire supponimus

$$\frac{dZ}{dx} = X', \quad \frac{dZ}{du} = U'$$

erit identice

$$F(U + wX', X - wU') = F(U, X) \cdot \psi(U, X, w, L', L'', L''' \text{ etc.})$$

Quoties  $U'$  non evanescit, statuere licebit

$$w = \frac{X-x}{U'}$$

unde emergit

$$F\left(U + \frac{XX'}{U'} - \frac{X'x}{U'}, x\right) = F(U, X) \cdot \psi\left(U, X, \frac{X-x}{U'}, L', L'', L''' \text{ etc.}\right)$$

quod etiam ita enunciare licet:

Si in functione  $Z$  statuitur  $u = U + \frac{XX'}{U'} - \frac{X'x}{U'}$ , transibit ea in

$$F(U, X) \cdot \psi\left(U, X, \frac{X-x}{U'}, L', L'', L''' \text{ etc.}\right)$$

19.

Quum in casu eo, ubi non est  $P = 0$ , determinans functionis  $Z$  sit functio indeterminatae  $x$  per se non evanescens, manifesto multitudo valorum determinantum ipsius  $x$ , per quos hic determinans valorem 0 nancisci potest, erit numerus finitus, ita ut infinite multi valores determinati ipsius  $x$  assignari possint, qui determinanti illi valorem a 0 diversum concilient. Sit  $X$  talis valor ipsius  $x$  (quem insuper *realem* supponere licet). Erit itaque determinans functionis  $F(u, X)$  non  $= 0$ , unde sequitur, per theorema II. art. 6, functiones

$$F(u, X) \text{ et } \frac{dF(u, X)}{du}$$

habere non posse divisorem ullum communem. Supponamus porro, exstare aliquem valorem determinatum ipsius  $u$ , puta  $U$  (sive realis sit, sive imaginarius i. e. sub forma  $g + h\sqrt{-1}$  contentus), qui reddat  $F(u, X) = 0$ , i. e. esse  $F(U, X) = 0$ . Erit itaque  $u - U$  factor indefinitus functionis  $F(u, X)$ , et proin functio  $\frac{dF(u, X)}{du}$  certo per  $u - U$  non divisibilis. Supponendo itaque, hanc functionem

$\frac{dF(u, X)}{du}$  nancisci valorem  $U'$ , si statuatur  $u = U$ , certo esse nequit  $U' = 0$ . Manifesto autem  $U'$  erit valor quotientis differentialis partialis  $\frac{dZ}{du}$  pro  $u = U$ ,  $x = X$ : quodsi itaque insuper pro iisdem valoribus ipsarum  $u, x$  valorem quotientis differentialis partialis  $\frac{dZ}{dx}$  per  $X'$  denotemus, perspicuum est per ea quae in art. praec. demonstrata sunt, functionem  $Z$  per substitutionem

$$u = U + \frac{XX'}{U'} - \frac{X'x}{U'}$$

identice evanescere, adeoque per factorem

$$u + \frac{X'}{U'}x - (U + \frac{XX'}{U'})$$

indefinite esse divisibilem. Quocirca statuendo  $u = xx$ , patet,  $F(xx, x)$  divisibilem esse per

$$xx + \frac{X'}{U'}x - (U + \frac{XX'}{U'})$$

adeoque obtinere valorem 0, si pro  $x$  accipiatur radix aequationis

$$xx + \frac{X'}{U'}x - (U + \frac{XX'}{U'}) = 0$$

i. e. si statuatur

$$x = \frac{-X' \pm \sqrt{(U'U'U' + 4XX'U' + X'X')}}{2U'}$$

quos valores vel reales esse vel sub forma  $g + h\sqrt{-1}$  contentos constat.

Facile iam demonstratur, per eosdem valores ipsius  $x$  etiam functionem  $Y$  evanescere debere. Manifesto enim  $f(xx, x, \lambda', \lambda'', \lambda''' \text{ etc.})$  est productum ex omnibus  $(x - a)(x - b)$  exclusis repetitionibus, et proin  $= v^{m-1}$ . Hinc sponte sequitur

$$\begin{aligned} f(xx, x, l', l'', l''' \text{ etc.}) &= y^{m-1} \\ f(xx, x, L', L'', L''' \text{ etc.}) &= Y^{m-1} \end{aligned}$$

sive  $F(xx, x) = Y^{m-1}$ , cuius itaque valor determinatus evanescere nequit, nisi simul evanescat valor ipsius  $Y$ .

20.

Adiumento disquisitionum praecedentium reducta est *solutio* aequationis  $Y = 0$ , i. e. inventio valoris determinati ipsius  $x$ , vel realis vel sub forma  $g + h\sqrt{-1}$  contenti, qui illi satisfaciat, ad solutionem aequationis  $F(u, X) = 0$ ,

siquidem determinans functionis  $Y$  non fuerit  $= 0$ . Observare convenit, si omnes coëfficientes in  $Y$ , i. e. numeri  $L', L'', L'''$  etc. sint quantitates reales, etiam omnes coëfficientes in  $F(u, X)$  reales fieri, siquidem, quod licet, pro  $X$  quantitas realis accepta fuerit. Ordo aequationis secundariae  $F(u, X) = 0$  exprimitur per numerum  $\frac{1}{2}m(m-1)$ : quoties igitur  $m$  est numerus par formae  $2^\mu k$  denotante  $k$  indefinite numerum imparem, ordo aequationis secundariae exprimitur per numerum formae  $2^{\mu-1}k$ .

In casu eo, ubi determinans functionis  $Y$  fit  $= 0$ , assignari poterit per art. 10 functio alia  $\mathcal{Y}$  ipsam metiens, cuius determinans non sit  $= 0$ , et cuius ordo exprimat per numerum formae  $2^\nu k$ , ita ut sit vel  $\nu < \mu$ , vel  $\nu = \mu$ . Quaelibet solutio aequationis  $\mathcal{Y} = 0$  etiam satisfaciet aequationi  $Y = 0$ : solutio aequationis  $\mathcal{Y} = 0$  iterum reducetur ad solutionem alius aequationis, cuius ordo exprimetur per numerum formae  $2^{\nu-1}k$ .

Ex his itaque colligimus, generaliter solutionem cuiusvis aequationis, cuius ordo exprimat per numerum parem formae  $2^\mu k$ , reduci posse ad solutionem alius aequationis, cuius ordo exprimat per numerum formae  $2^{\mu'} k$ , ita ut sit  $\mu' < \mu$ . Quoties hic numerus etiamnum par est, i. e.  $\mu'$  non  $= 0$ , eadem methodus denuo applicabitur, atque ita continuabimus, donec ad aequationem perveniamus, cuius ordo exprimat per numerum imparem; et huius aequationis coëfficientes omnes erunt reales, siquidem omnes coëfficientes aequationis primitivae reales fuerunt. Talem vero aequationem ordinis imparis certo solubilem esse constat, et quidem per radicem realem, unde singulae quoque aequationes antecedentes solubiles erunt, sive per radices reales sive per radices formae  $g + h\sqrt{-1}$ .

Evictum est itaque, functionem quamlibet  $Y$  formae  $x^m - L'x^{m-1} + L''x^{m-2} -$  etc., ubi  $L', L''$  etc. sunt quantitates determinatae reales, involvere factorem indefinitum  $x - A$ , ubi  $A$  sit quantitas vel realis vel sub forma  $g + h\sqrt{-1}$  contenta. In casu posteriori facile perspicitur,  $Y$  nancisci valorem 0 etiam per substitutionem  $x = g - h\sqrt{-1}$ , adeoque etiam divisibilem esse per  $x - (g - h\sqrt{-1})$ , et proin etiam per productum  $xx - 2gx + gg + hh$ . Quaelibet itaque functio  $Y$  certo factorem indefinitum realem primi vel secundi ordinis implicat, et quum idem iterum de quotiente valeat, manifestum est,  $Y$  in factores reales primi vel secundi ordinis resolvi posse. Quod demonstrare erat propositum huius commentationis.

THEOREMATIS  
DE RESOLUBILITATE FUNCTIONUM  
ALGEBRAICARUM INTEGRARUM  
IN FACTORES REALES  
DEMONSTRATIO TERTIA

SUPPLEMENTUM COMMENTATIONIS PRAECEDENTIS

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO GAUSS

SOCIETATI REGIAE SCIENTIARUM TRADITUM 1816. JAN. 30.

---

Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis recentiores. Vol. III.  
Gottingae MDCCCXVI.

---





THEOREMATIS DE RESOLUBILITATE  
 FUNCTIONUM ALGEBRAICARUM INTEGRARUM  
 IN FACTORES REALES  
 DEMONSTRATIO TERTIA.

SUPPLEMENTUM COMMENTATIONIS PRAECEDENTIS.

Postquam commentatio praecedens typis iam expressa esset, iteratae de eodem argumento meditationes ad novam theorematis demonstrationem perduxerunt, quae perinde quidem ac praecedens pure analytica est, sed principiis prorsus diversis innititur, et respectu simplicitatis illi longissime praeferenda videtur. Huic itaque *tertia*e demonstrationi pagellae sequentes dicatae sunt.

1.

Proposita sit functio indeterminatae  $x$  haecce:

$$X = x^m + Ax^{m-1} + Bx^{m-2} + Cx^{m-3} + \text{etc.} + Lx + M$$

in qua coefficients  $A, B, C$  etc. sunt quantitates reales determinatae. Sint  $r, \varphi$  aliae indeterminatae, statuamusque

$$\begin{aligned} r^m \cos m\varphi + Ar^{m-1} \cos(m-1)\varphi + Br^{m-2} \cos(m-2)\varphi \\ + Cr^{m-3} \cos(m-3)\varphi + \text{etc.} + Lr \cos \varphi + M = t \\ r^m \sin m\varphi + Ar^{m-1} \sin(m-1)\varphi + Br^{m-2} \sin(m-2)\varphi \\ + Cr^{m-3} \sin(m-3)\varphi + \text{etc.} + Lr \sin \varphi = u \end{aligned}$$

8\*

$$\begin{aligned}
& m r^m \cos m \varphi + (m-1) A r^{m-1} \cos (m-1) \varphi + (m-2) B r^{m-2} \cos (m-2) \varphi \\
& \quad + (m-3) C r^{m-3} \cos (m-3) \varphi + \text{etc.} + L r \cos \varphi = t' \\
& m r^m \sin m \varphi + (m-1) A r^{m-1} \sin (m-1) \varphi + (m-2) B r^{m-2} \sin (m-2) \varphi \\
& \quad + (m-3) C r^{m-3} \sin (m-3) \varphi + \text{etc.} + L r \sin \varphi = u' \\
& m m r^m \cos m \varphi + (m-1)^2 A r^{m-1} \cos (m-1) \varphi + (m-2)^2 B r^{m-2} \cos (m-2) \varphi \\
& \quad + (m-3)^2 C r^{m-3} \cos (m-3) \varphi + \text{etc.} + L r \cos \varphi = t'' \\
& m m r^m \sin m \varphi + (m-1)^2 A r^{m-1} \sin (m-1) \varphi + (m-2)^2 B r^{m-2} \sin (m-2) \varphi \\
& \quad + (m-3)^2 C r^{m-3} \sin (m-3) \varphi + \text{etc.} + L r \sin \varphi = u'' \\
& \frac{(t t + u u)(t t'' + u u'') + (t u' - u t')^2 - (t t' + u u')^2}{r(t t + u u)^2} = y
\end{aligned}$$

Factorem  $r$  manifesto e denominatore formulae ultimae tollere licet, quum  $t'$ ,  $u'$ ,  $t''$ ,  $u''$  per illum sint divisibiles. Denique sit  $R$  quantitas positiva determinata, arbitraria quidem, attamen maior maxima quantitatum

$$m A \sqrt{2}, \sqrt{(m B \sqrt{2})}, \sqrt[3]{(m C \sqrt{2})}, \sqrt[4]{(m D \sqrt{2})} \text{ etc.}$$

abstrahendo a signis quantitatum  $A, B, C$  etc., i. e. mutatis negativis, si quae adsint, in positivas. His ita praeparatis, dico,  $t t' + u u'$  certo nancisci valorem positivum, si statuatur  $r = R$ , quicumque valor (realis) ipsi  $\varphi$  tribuatur.

*Demonstratio.* Statuamus

$$\begin{aligned}
& R^m \cos 45^\circ + A R^{m-1} \cos (45^\circ + \varphi) + B R^{m-2} \cos (45^\circ + 2 \varphi) \\
& \quad + C R^{m-3} \cos (45^\circ + 3 \varphi) + \text{etc.} + L R \cos (45^\circ + (m-1) \varphi) + M \cos (45^\circ + m \varphi) = T \\
& R^m \sin 45^\circ + A R^{m-1} \sin (45^\circ + \varphi) + B R^{m-2} \sin (45^\circ + 2 \varphi) \\
& \quad + C R^{m-3} \sin (45^\circ + 3 \varphi) + \text{etc.} + L R \sin (45^\circ + (m-1) \varphi) + M \sin (45^\circ + m \varphi) = U \\
& m R^m \cos 45^\circ + (m-1) A R^{m-1} \cos (45^\circ + \varphi) + (m-2) B R^{m-2} \cos (45^\circ + 2 \varphi) \\
& \quad + (m-3) C R^{m-3} \cos (45^\circ + 3 \varphi) + \text{etc.} + L R \cos (45^\circ + (m-1) \varphi) = T' \\
& m R^m \sin 45^\circ + (m-1) A R^{m-1} \sin (45^\circ + \varphi) + (m-2) B R^{m-2} \sin (45^\circ + 2 \varphi) \\
& \quad + (m-3) C R^{m-3} \sin (45^\circ + 3 \varphi) + \text{etc.} + L R \sin (45^\circ + (m-1) \varphi) = U'
\end{aligned}$$

patetque

I.  $T$  compositam esse e partibus

$$\begin{aligned} & \frac{R^{m-1}}{m\sqrt{2}} [R + mA\sqrt{2} \cdot \cos(45^\circ + \varphi)] \\ & + \frac{R^{m-2}}{m\sqrt{2}} [RR + mB\sqrt{2} \cdot \cos(45^\circ + 2\varphi)] \\ & + \frac{R^{m-3}}{m\sqrt{2}} [R^3 + mC\sqrt{2} \cdot \cos(45^\circ + 3\varphi)] \\ & + \frac{R^{m-4}}{m\sqrt{2}} [R^4 + mD\sqrt{2} \cdot \cos(45^\circ + 4\varphi)] \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

quas singulas, pro valore quolibet determinato reali ipsius  $\varphi$ , positivas evadere facile perspicitur: hinc  $T$  necessario valorem positivum obtinet. Simili modo probatur, etiam  $U, T', U'$  fieri positivas, unde etiam  $TT' + UU'$  necessario fit quantitas positiva.

II. Pro  $r = R$  functiones  $t, u, t', u'$  resp. transeunt in

$$\begin{aligned} & T \cos(45^\circ + m\varphi) + U \sin(45^\circ + m\varphi) \\ & T \sin(45^\circ + m\varphi) - U \cos(45^\circ + m\varphi) \\ & T' \cos(45^\circ + m\varphi) + U' \sin(45^\circ + m\varphi) \\ & T' \sin(45^\circ + m\varphi) - U' \cos(45^\circ + m\varphi) \end{aligned}$$

uti evolutione facta facile probatur. Hinc vero valor functionis  $tt' + uu'$ , pro  $r = R$ , derivatur  $= TT' + UU'$ , adeoque est quantitas positiva. Q. E. D.

Ceterum ex iisdem formulis colligimus valorem functionis  $tt + uu$ , pro  $r = R$ , esse  $TT + UU$ , adeoque positivum, unde concludimus, pro nullo valore ipsius  $r$ , singulis  $mA\sqrt{2}, \sqrt{(mB\sqrt{2})}, \sqrt[3]{(mC\sqrt{2})}$  etc. maiori, simul fieri posse  $t = 0, u = 0$ .

2.

**THEOREMA.** *Intra limites  $r = 0$  et  $r = R$ , atque  $\varphi = 0$  et  $\varphi = 360^\circ$  certo exstant valores tales indeterminatarum  $r, \varphi$ , pro quibus fiat simul  $t = 0$  et  $u = 0$ .*

*Demonstratio.* Supponamus theorema non esse verum, patetque, valorem ipsius  $tt + uu$  pro cunctis valoribus indeterminatarum intra limites assignatos fieri debere quantitatem positivam, et proin valorem ipsius  $y$  semper finitum. Consideremus integrale duplex

$$\iint y dr d\varphi$$

ab  $r = 0$  usque ad  $r = R$ , atque a  $\varphi = 0$  usque ad  $\varphi = 360^\circ$  extensum, quod igitur valorem finitum plene determinatum nanciscitur. Hic valor, quem

per  $\Omega$  denotabimus, idem prodire debeat, sive integratio primo instituat secundum  $\varphi$  ac dein secundum  $r$ , sive ordine inverso. At habemus *indefinite*, considerando  $r$  tamquam constantem,

$$\int y d\varphi = \frac{tu' - ut'}{r(tt + uu)}$$

uti per differentiationem secundum  $\varphi$  facile confirmatur. Constans non adii-cienda, siquidem integrale a  $\varphi = 0$  incipiendum supponamus, quoniam pro  $\varphi = 0$  fit  $\frac{tu' - ut'}{r(tt + uu)} = 0$ . Quare quum manifesto  $\frac{tu' - ut'}{r(tt + uu)}$  etiam evanescat pro  $\varphi = 360^\circ$ , integrale  $\int y d\varphi$  a  $\varphi = 0$  usque ad  $\varphi = 360^\circ$  fit  $= 0$ , manente  $r$  indefinita. Hinc autem sequitur  $\Omega = 0$ .

Perinde habemus *indefinite*, considerando  $\varphi$  tamquam constantem,

$$\int y dr = \frac{tt' + uu'}{tt + uu}$$

uti aequae facile per differentiationem secundum  $r$  confirmatur: hic quoque constans non adii-cienda, integrali ab  $r = 0$  incipiente. Quapropter integrale ab  $r = 0$  usque ad  $r = R$  extensum fit per ea, quae in art. praec. demonstrata sunt,  $= \frac{TT' + UU'}{TT + UU}$  adeoque per theorema art. praec. semper quantitas positiva pro quolibet valore reali ipsius  $\varphi$ . Hinc etiam  $\Omega$ , i. e. valor integralis

$$\int \frac{TT' + UU'}{TT + UU} d\varphi$$

a  $\varphi = 0$  usque ad  $\varphi = 360^\circ$ , necessario fit quantitas positiva\*). Quod est absurdum, quoniam eandem quantitatem antea invenimus  $= 0$ : suppositio itaque consistere nequit, theorematisque veritas hinc evicta est.

## 3.

Functio  $X$  per substitutionem  $x = r(\cos \varphi + \sin \varphi \sqrt{-1})$  transit in  $t + u\sqrt{-1}$ , nec non per substitutionem  $x = r(\cos \varphi - \sin \varphi \sqrt{-1})$  in  $t - u\sqrt{-1}$ . Quodsi igitur pro valoribus determinatis ipsarum  $r, \varphi$ , puta pro  $r = g, \varphi = G$ , simul provenit  $t = 0, u = 0$  (quales valores exstare in art. praec. demonstratum est),  $X$  per utramque substitutionem

---

\*) Uti iam per se manifestum est. Ceterum integrale indefinitum facile eruitur  $= m\varphi + 45^\circ - \text{arc. tang. } \frac{U}{T}$ , atque aliunde demonstrari potest (per se enim nondum obvium est, quemnam valorem ex infinite multis functioni multiformi arc. tang.  $\frac{U}{T}$  competentibus pro  $\varphi = 360^\circ$  adoptare oporteat), huius valorem usque ad  $\varphi = 360^\circ$  extensum statui debere  $= m \times 360^\circ$  sive  $= 2m\pi$ . Sed hoc ad institutum nostrum non est necessarium.

$$x = g(\cos G + \sin G \cdot \sqrt{-1}), \quad x = g(\cos G - \sin G \cdot \sqrt{-1})$$

valorem 0 obtinet, et proin indefinite per

$$x - g(\cos G + \sin G \cdot \sqrt{-1}), \quad \text{nec non per } x - g(\cos G - \sin G \cdot \sqrt{-1})$$

divisibilis erit. Quoties non est  $\sin G = 0$ , neque  $g = 0$ , hi divisores sunt inaequales, et proin  $X$  etiam per illorum productum

$$xx - 2g \cos G \cdot x + gg$$

divisibilis erit, quoties autem vel  $\sin G = 0$  adeoque  $\cos G = \pm 1$ , vel  $g = 0$ , illi factores sunt identici scilicet  $= x \mp g$ . Certum itaque est, functionem  $X$  involvere divisorem realem secundi vel primi ordinis, et quum eadem conclusio rursus de quotiente valeat,  $X$  in tales factores complete resolubilis erit. Q. E. D.

## 4.

Quamquam in praecedentibus negotio quod propositum erat, iam plene perfuncti simus, tamen haud superfluum erit, adhuc quaedam de ratiocinatione art. 2 adicere. A suppositione,  $t$  et  $u$  pro nullis valoribus indeterminatarum  $r$ ,  $\varphi$  intra limites illic assignatos simul evanescere, ad contradictionem inevitabilem delapsi sumus, unde ipsius suppositionis falsitatem conclusimus. Haec igitur contradictio cessare debet, si revera adsunt valores ipsarum  $r$ ,  $\varphi$ , pro quibus  $t$  et  $u$  simul fiunt  $= 0$ . Quod ut magis illustretur, observamus, pro talibus valoribus fieri  $tt + uu = 0$ , adeoque ipsam  $y$  infinitam, unde haud amplius licebit, integrale duplex  $\iint y dr d\varphi$  tamquam quantitatem assignabilem tractare. Generaliter quidem loquendo, denotantibus  $\xi$ ,  $\eta$ ,  $\zeta$  indefinite coordinatas punctorum in spatio, integrale  $\iint y dr d\varphi$  exhibet volumen solidi, quod continetur inter quinque plana, quorum aequationes sunt

$$\xi = 0, \quad \eta = 0, \quad \zeta = 0, \quad \xi = R, \quad \eta = 360^\circ$$

atque superficiem, cuius aequatio  $\zeta = y$ , considerando eas partes tamquam negativas, in quibus coordinatae  $\zeta$  sunt negativae. Sed tacite hic subintelligitur, superficiem sextam esse *continuum*, qua conditione cessante, dum  $y$  evadit infinita, utique fieri potest, ut conceptus ille sensu careat. In tali casu de integrali  $\iint y dr d\varphi$  colligendo sermo esse nequit, neque adeo mirandum est, operationes analyticas coeco calculo ad inania applicatas ad absurda perducere.

Integratio  $\int y d\varphi = \frac{tu' - ut'}{r(tt' + uu')}$  eatenus tantum est integratio vera, i. e. summatio, quatenus inter limites, per quos extenditur,  $y$  ubique est quantitas finita, absurda autem, si inter illos limites  $y$  alicubi infinita evadit. Si integrale tale  $\int \eta d\xi$ , quod generaliter loquendo exhibet aream inter lineam abscissarum atque curvam, cuius ordinata  $= \eta$  pro abscissa  $\xi$ , secundum regulas suetas evolvimus, continuitatis immemores, saepissime contradictionibus implicamur. E. g. statuendo  $\eta = \frac{1}{\xi\xi'}$ , analysis suppeditat integrale  $= C - \frac{1}{\xi}$ , quo area recte definitur, quamdiu curva continuitatem servat; qua pro  $\xi = 0$  interrupta, si quis magnitudinem areae inde ab abscissa negativa usque ad positivam inepte rogat, responsum absurdum a formula feret, eam esse negativam. Quid autem sibi velint haec similiaque analyseos paradoxa, alia occasione fusius persequemur.

Hic unicam observationem adiicere liceat. Propositis *absque restrictione* quaestionibus, quae certis casibus absurdae evadere possunt, saepissime ita sibi consulit analysis, ut responsum ex parte vagum reddat. Ita pro valore integralis  $\iint y dr d\varphi$  ab  $r = e$  usque ad  $r = f$ , atque a  $\varphi = E$  usque ad  $\varphi = F$  extendendi, si valor ipsius  $\frac{u}{t}$

$$\begin{aligned} \text{pro } r = e, \varphi = E & \text{ designatur per } \theta \\ r = e, \varphi = F & \dots \dots \dots \theta' \\ r = f, \varphi = E & \dots \dots \dots \theta'' \\ r = f, \varphi = F & \dots \dots \dots \theta''' \end{aligned}$$

per operationes analyticas facile obtinetur

$$\text{Arc. tang } \theta - \text{Arc. tang } \theta' - \text{Arc. tang } \theta'' + \text{Arc. tang } \theta'''$$

Revera quidem integrale tunc tantum valorem certum habere potest, quoties  $y$  inter limites assignatos semper manet finita: hic valor sub formula tradita utique contentus, tamen per eam nondum ex asse definitur, quoniam Arc. tang. est functio multiformis, seorsimque per alias considerationes (haud quidem difficiles) decidere oportebit, quinam potissimum functionis valores in casu determinato sint adhibendi. Contra quoties  $y$  alicubi inter limites assignatos infinita evadit, quaestio de valore integralis  $\iint y dr d\varphi$  absurda est: quo non obstante si responsum ab analysi extorquere obstinaveris, pro methodorum diversitate modo hoc modo illud reddetur, quae tamen singula sub formula generali ante tradita contenta erunt.

**BEWEIS**

**EINES**

**ALGEBRAISCHEN LEHRSATZES.**

---

Journal für die reine und ang. Mathematik herausg. von CRELLE. Band III.  
Berlin 1828.

---





BEWEIS  
EINES ALGEBRAISCHEN LEHRSATZES.

---

Der Gegenstand dieses Aufsatzes ist der CARTESISCHE, gewöhnlich nach HARRIOT benannte, Lehrsatz über den Zusammenhang der Anzahl der positiven und negativen Wurzeln einer algebraischen Gleichung mit der Anzahl der Abwechslungen und Folgen in den Zeichen der Coëfficienten. Man vermisst an den von verschiedenen Schriftstellern versuchten Beweisen dieses Theorems die Klarheit, Kürze und umfassende Allgemeinheit, die man bei einem so elementarischen Gegenstande mit Recht verlangen kann, und eine neue Behandlung desselben scheint daher nicht überflüssig zu sein.

Es sei  $X$  eine algebraische ganze Function von  $x$  von der Ordnung  $m$ , nach absteigenden Potenzen von  $x$  geordnet. Wir nehmen an (ohne Nachtheil für die Allgemeinheit), dass das höchste Glied  $x^m$  sei, und das niedrigste von  $x$  freie Glied nicht fehle; bloss die wirklich vorhandenen Glieder sollen aufgestellt, also nicht die etwa fehlenden mit dem Coëfficienten 0 angesetzt sein.

Wenn nicht alle Coëfficienten positiv sind, so werden sie einen oder mehrere Zeichenwechsel darbieten. Es sei  $-Nx^n$  das erste negative Glied, das erste hierauf folgende positive  $+Px^p$ , das erste hierauf folgende negative  $-Qx^q$  u. s. w. Es sind mithin  $m, n, p, q$  u. s. w. abnehmende ganze Zahlen;  $N, P, Q$  u. s. w. positiv, und  $X$  erscheint so dargestellt

$$X = x^m + + \dots - Nx^n - - \dots + Px^p + + \dots - Qx^q - \text{u. s. w.}$$

Es werde  $X$  mit dem einfachen Factor  $x - \alpha$  multiplicirt, wo  $\alpha$  positiv vorausgesetzt wird. Man sieht leicht, dass in dem Producte,  $x^{n+1}$  einen negativen,  $x^{p+1}$  einen positiven,  $x^{q+1}$  einen negativen Coëfficienten u. s. w., also das Product diese Form erhalten wird:

$$X(x - \alpha) = x^{m+1} \dots - N'x^{n+1} \dots + P'x^{p+1} \dots - Q'x^{q+1} \dots$$

so dass  $N'$ ,  $P'$ ,  $Q'$  u. s. w. positiv werden. Die Zeichen zwischen den aufgestellten Gliedern bleiben zwar unentschieden; allein es ist klar, dass vom höchsten Gliede bis zur Potenz  $x^{n+1}$  wenigstens ein Zeichenwechsel, bis  $x^{p+1}$  wenigstens zwei, bis  $x^{q+1}$  wenigstens drei u. s. w. statt finden. Ist der letzte Zeichenwechsel in  $X$  bei dem Gliede  $\pm Ux^u$ , und bezeichnet man den Coëfficienten von  $x^{u+1}$  in  $X(x - \alpha)$  durch  $\pm U'$ , so wird  $U'$  positiv sein, und bis zum Gliede  $\pm U'x^{u+1}$  haben dann wenigstens eben so viele Zeichenwechsel, wie in  $X$  sind, statt gefunden. Das letzte Glied in  $X(x - \alpha)$  wird aber das Zeichen  $\mp$  haben; es muss also bis dahin wenigstens noch ein Zeichenwechsel hinzugekommen sein. Wir schliessen also, dass  $X(x - \alpha)$  wenigstens einen Zeichenwechsel mehr hat als  $X$ .

Es sei nun  $X$  das Product aller einfachen Factoren, die den negativen und imaginären Wurzeln einer Gleichung  $y = 0$  entsprechen, also wenn  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  u. s. w. die positiven Wurzeln derselben Gleichung sind,

$$y = X(x - \alpha)(x - \beta)(x - \gamma) \dots$$

Es finden sich also nach vorstehendem Satze, in  $X(x - \alpha)$  wenigstens ein Zeichenwechsel, in  $X(x - \alpha)(x - \beta)$  wenigstens zwei, in  $X(x - \alpha)(x - \beta)(x - \gamma)$  wenigstens drei u. s. w. mehr als in  $X$ ; folglich werden, auch wenn in  $X$  gar kein Zeichenwechsel vorkommt, in  $y$  wenigstens so viele Zeichenwechsel sein, wie positive Wurzeln. Man sieht von selbst, dass wenn die Gleichung weder negative, noch imaginäre Wurzeln hat, man  $X = 1$  zu setzen hat, und dieser Schluss seine Gültigkeit behält.

Es gehe  $y$ , wenn den Coëfficienten der Potenzen  $x^{m-1}$ ,  $x^{m-3}$ ,  $x^{m-5}$  u. s. w. die entgegengesetzten Zeichen beigelegt werden, in  $y'$  über; sämtliche Wurzeln der Gleichung  $y' = 0$  werden dann den Wurzeln der Gleichung  $y = 0$  entgegengesetzt sein. Es wird daher in  $y'$  wenigstens eben so viele Zeichenwechsel geben, als die Gleichung  $y = 0$  negative Wurzeln hat.

Wir haben daher folgenden Lehrsatz:

*Die Gleichung  $y = 0$  kann nicht mehr positive Wurzeln haben, als es Zeichenwechsel in  $y$  gibt, und nicht mehr negative Wurzeln, als Zeichenwechsel in  $y'$  sind.*

Diese Einkleidung des Theorems scheint die zweckmässigste zu sein, da sie die grösste Einfachheit mit der umfassendsten Allgemeinheit vereinigt, und alle Gestalten des Satzes, die nur unter besondern Bedingungen gelten, von selbst daraus fliessen.

Will man die Grenze der Anzahl der negativen Wurzeln unmittelbar an den Zeichen der Coëfficienten von  $y$  erkennen, so wird es nothwendig, die *unmittelbaren* Zeichenwechsel und Zeichenfolgen (bei Gliedern, wo die Exponenten von  $x$  um eine Einheit verschieden sind) von den durch fehlende Glieder *unterbrochenen* zu unterscheiden. Offenbar wird jeder unmittelbare und jeder durch eine gerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochene Zeichenwechsel in  $y'$  zu einer ähnlichen Zeichenfolge in  $y$ , während ein durch eine ungerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochener Zeichenwechsel in  $y'$  auch in  $y$  ein ähnlicher Zeichenwechsel bleibt. Der zweite Theil des Theorems lässt sich daher auch so ausdrücken:

Die Anzahl der negativen Wurzeln der Gleichung  $y = 0$  kann nicht grösser sein, als die Anzahl der unmittelbaren und der durch eine gerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochenen Zeichenfolgen, addirt zu der Anzahl der durch eine ungerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochenen Zeichenwechsel in  $y$ .

Fehlt in  $y$  gar kein Glied, so ist die Anzahl der negativen Wurzeln nicht grösser, als die Anzahl der Zeichenfolgen.

Bezeichnet man durch  $A$  die Anzahl der unmittelbaren Zeichenwechsel, und durch  $B$  die Anzahl der unmittelbaren Zeichenfolgen in  $y$ , so wird, wenn kein Glied fehlt,  $A + B = m$  sein, also der Anzahl aller Wurzeln gleich. Insofern diese Zeichen also bloss lehren, dass die Anzahl der positiven Wurzeln nicht grösser als  $A$ , und die der negativen nicht grösser als  $B$  sein kann, bleibt es unentschieden, ob oder wie viele imaginäre Wurzeln vorhanden sind. Weiss man aber anders woher, dass die Gleichung keine imaginäre Wurzeln hat, so muss nothwendig  $A$  der Anzahl der positiven, und  $B$  der Anzahl der negativen Wurzeln gleich sein.

Anders aber verhält es sich, wenn in  $y$  Glieder fehlen. Um mit Klarheit

zu übersehen, was sich daraus in Beziehung auf die imaginären Wurzeln schliessen lässt, bezeichnen wir durch  $a$  die Anzahl der durch eine gerade, durch  $c$  die Anzahl der durch eine ungerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochenen Zeichenwechsel; durch  $b$  und  $d$  resp. die Anzahl der durch eine gerade und ungerade Anzahl fehlender Glieder unterbrochenen Zeichenfolgen in  $y$ . Man sieht leicht, dass  $m - A - B - a - b - c - d$  der Anzahl sämtlicher fehlender Glieder, die wir durch  $e$  bezeichnen wollen, gleich sein werde. Nun ist nach unserm Lehrsatz die Anzahl der positiven Wurzeln höchstens  $A + a + c$ , die Anzahl der negativen höchstens  $B + b + c$ , also die Anzahl aller reellen Wurzeln höchstens

$$A + B + a + b + 2c = m + c - d - e$$

Es muss daher die Anzahl der imaginären Wurzeln wenigstens  $e - c + d$  sein.

Zählt man also alle fehlenden Glieder zusammen, jedoch so, dass man in jeder Lücke zwischen einem Zeichenwechsel eine Einheit weniger, zwischen einer Zeichenfolge aber eine Einheit mehr rechnet, als Glieder fehlen, so oft deren Anzahl ungerade ist, so erhält man eine Zahl, der die Anzahl der imaginären Wurzeln wenigstens gleich kommen muss.

BEITRÄGE ZUR THEORIE  
DER  
ALGEBRAISCHEN GLEICHUNGEN

VON  
CARL FRIEDRICH GAUSS

Vorgelesen in der Sitzung der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften am 16. Juli 1849.

---

Abhandlungen der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Band iv.  
Göttingen, 1850.

---



BEITRÄGE ZUR THEORIE  
DER ALGEBRAISCHEN GLEICHUNGEN.

---

Es werden in dieser Denkschrift zwei verschiedene die algebraischen Gleichungen betreffende Gegenstände behandelt. Zuerst stelle ich den vor funfzig Jahren von mir gegebenen Beweis des Grundlehrsatzes der Theorie der algebraischen Gleichungen in einer veränderten Gestalt und mit erheblichen Zusätzen auf. Der zweite Theil ist einer speciellen Behandlung der algebraischen Gleichungen mit drei Gliedern gewidmet, und enthält Methoden, nicht bloss die reellen, sondern auch die imaginären Wurzeln solcher Gleichungen mit Leichtigkeit zu bestimmen.

---

ERSTE ABTHEILUNG.

Die im Jahre 1799 erschienene Denkschrift, *Demonstratio nova theorematis, omnem functionem algebraicam rationalem integram unius variabilis in factores reales primi vel secundi gradus resolvi posse*, hatte einen doppelten Zweck, nemlich erstens, zu zeigen, dass sämmtliche bis dahin versuchte Beweise dieses wichtigsten Lehrsatzes der Theorie der algebraischen Gleichungen ungenügend und illusorisch sind, und zweitens, einen neuen vollkommen strengen Beweis zu geben. Es ist unnöthig, auf den erstern Gegenstand noch einmal zurückzukommen. Dem dort gegebenen neuen Beweise habe ich selbst später noch zwei andere folgen lassen, und ein vierter ist zuerst von CAUCHY aufgestellt. Diese vier Beweise beru-

hen alle auf eben so vielen verschiedenen Grundlagen, aber darin kommen sie alle überein, dass durch jeden derselben zunächst nur das Vorhandensein *Eines* Factors der betreffenden Function erwiesen wird. Der Strenge der Beweise thut dies allerdings keinen Eintrag: denn es ist klar, dass wenn von der vorgegebenen Function dieser eine Factor abgelöset wird, eine ähnliche Function von niederer Ordnung zurückbleibt, auf welche der Lehrsatz aufs neue angewandt werden kann, und dass durch Wiederholung des Verfahrens zuletzt eine vollständige Zerlegung der ursprünglichen Function in Factoren der bezeichneten Art hervorgehen wird. Indessen gewinnt ohne Zweifel jede Beweisführung eine höhere Vollendung, wenn nachgewiesen wird, dass sie geeignet ist, das Vorhandensein der sämtlichen Factoren unmittelbar anschaulich zu machen. Dass der erste Beweis in diesem Fall ist, habe ich bereits in der gedachten Denkschrift angedeutet (Art. 23), ohne es dort weiter auszuführen: dies soll jetzt ergänzt werden, und ich benutze zugleich diese Gelegenheit, die Hauptmomente des ganzen Beweises in einer abgeänderten und, wie ich glaube, eine vergrösserte Klarheit darbietenden Gestalt zu wiederholen. Was dabei die äussere Einkleidung des Lehrsatzes selbst betrifft, so war die 1799 gebrauchte, dass die Function  $x^n + Ax^{n-1} + Bx^{n-2} + \text{u. s. w.}$  sich in reelle Factoren erster oder zweiter Ordnung zerlegen lässt, damals deshalb gewählt, weil alle Einmischung imaginärer Grössen vermieden werden sollte. Gegenwärtig, wo der Begriff der complexen Grössen jedermann geläufig ist, scheint es angemessener, jene Form fahren zu lassen und den Satz so auszusprechen, dass jene Function sich in  $n$  einfache Factoren zerlegen lasse, wo dann die constanten Theile dieser Factoren nicht eben reelle Grössen zu sein brauchen, sondern für dieselben auch jede complexen Werthe zulässig sein müssen. Bei dieser Einkleidung gewinnt selbst der Satz noch an Allgemeinheit, weil dann die Beschränkung auf reelle Werthe auch bei den Coëfficienten  $A, B$  u. s. w. nicht vorausgesetzt zu werden braucht, vielmehr jedwede Werthe für dieselben zulässig bleiben.

1.

Wir betrachten demnach die Function der unbestimmten Grösse  $x$

$$x^n + Ax^{n-1} + Bx^{n-2} + \text{u. s. w.} + Mx + N = X$$

wo  $A, B, \dots, M, N$  bestimmte reelle oder imaginäre Coëfficienten vorstellen.



Aus der Elementaralgebra ist der Zusammenhang zwischen den Wurzeln der Gleichung  $X = 0$  und den einfachen Factoren von  $X$  bekannt. Geschieht nemlich jener Gleichung durch die Substitution  $x = p$  Genüge, so ist  $x - p$  ein Factor von  $X$ , und gibt es  $n$  verschiedene Arten, jener Gleichung Genüge zu leisten, nemlich durch  $x = p$ ,  $x = p'$ ,  $x = p''$  u. s. w., so wird das Product  $(x - p)(x - p')(x - p'') \dots$  mit  $X$  identisch sein. Unter besondern Umständen kann aber auch eine Auflösung, wie  $x = p$ , in  $X$  den Factor  $(x - p)^2$ , oder  $(x - p)^3$  oder irgend eine höhere Potenz bedingen, in welchen Fällen man die Wurzel  $p$  wie zweimal, dreimal u. s. w. vorhanden betrachtet.

Verlangt man also nur den Beweis, dass die Function  $X$  gewiss *einen* einfachen Factor zulasse, so ist es zureichend, nur das Vorhandensein irgend einer Wurzel der Gleichung  $X = 0$  nachzuweisen. Soll aber die vollständige Zerlegbarkeit der Function in einfache Factoren auf Einmal bewiesen werden, so muss gezeigt werden, dass der Gleichung  $X = 0$  Genüge geleistet werden kann, entweder durch  $n$  ungleiche Werthe von  $x$ , oder durch eine zwar geringere Anzahl ungleicher Auflösungen, wovon aber ein Theil die Charactere der mehrfach geltenden gleichen Wurzeln dergestalt an sich trägt, dass die Zusammenzählung aller ungleichen und gleichen die Totalsumme  $= n$  hervorbringt.

## 2.

Das ganze Gebiet der complexen Grössen, in welchem die der Gleichung  $X = 0$  genügenden Werthe von  $x$  gesucht werden sollen, ist ein Unendliches von zwei Dimensionen, indem, wenn ein solcher Werth  $x = t + iu$  gesetzt wird (wo  $i$  immer die imaginäre Einheit  $\sqrt{-1}$  bedeutet), für  $t$  und  $u$  alle reellen Werthe von  $-\infty$  bis  $+\infty$  zulässig sind. Wir haben nun zuvörderst aus diesem unendlichen Gebiete ein abgegrenztes endliches auszuscheiden, ausserhalb dessen gewiss keine Wurzel der bestimmten Gleichung  $X = 0$  liegen kann. Dies kann auf mehr als Eine Art geschehen: unserm Zweck am meisten gemäss scheint die folgende zu sein.

Anstatt der Form  $t + iu$  gebrauche man diese

$$x = r(\cos \rho + i \sin \rho)$$

wonach zur Umfassung des ganzen unendlichen Gebiets der complexen Grössen  $r$  durch alle positiven Werthe von 0 bis  $+\infty$ , und  $\rho$  von 0 bis  $360^\circ$ , oder, was

dasselbe ist, von einem beliebigen Anfangswerthe bis an einen um  $360^\circ$  grössern Endwerth ausgedehnt werden muss.

Um für  $r$  eine Grenze zu erhalten, über welche hinaus kein Werth mehr einer Wurzel der Gleichung  $X = 0$  entsprechen kann, setze ich zuvörderst die Coëfficienten der einzelnen Glieder von  $X$  in eine ähnliche Form, wie  $x$ , nemlich

$$\begin{aligned} A &= a(\cos \alpha + i \sin \alpha) \\ B &= b(\cos \beta + i \sin \beta) \\ C &= c(\cos \gamma + i \sin \gamma) \text{ u. s. w.} \end{aligned}$$

wo also  $a, b, c$  bestimmte positive Grössen bedeuten sollen, abgesehen davon, dass auch eine oder die andere darunter  $= 0$  sein kann. Ich betrachte sodann die Gleichung

$$r^n - \sqrt{2} \cdot (ar^{n-1} + br^{n-2} + cr^{n-3} + \text{u. s. w.}) = 0$$

welche, wie man leicht sieht, eine positive Wurzel hat, und zwar (HARRIOTS Lehrsatze zufolge) nur Eine solche. Es sei  $R$  diese Wurzel, wo dann von selbst klar ist, dass für jeden positiven Werth von  $r$ , der grösser ist als  $R$ , der Werth von  $r^n - \sqrt{2} \cdot (ar^{n-1} + br^{n-2} + cr^{n-3} + \text{u. s. w.})$  positiv sein, und dass dasselbe auch von der Function

$$nr^n - \sqrt{2} \cdot ((n-1)ar^{n-1} + (n-2)br^{n-2} + (n-3)cr^{n-3} + \text{u. s. w.})$$

gelten wird, da dieselbe das  $n$ fache der erstern Function um

$$\sqrt{2} \cdot (ar^{n-1} + 2br^{n-2} + 3cr^{n-3} + \text{u. s. w.})$$

also um eine positive Differenz übertrifft.

### 3.

Ich behaupte nun, dass die Grösse  $R$  geeignet ist, eine solche Grenze für die Werthe von  $r$ , wie im vorhergehenden Artikel gefordert ist, abzugeben. Der Beweis dieses Satzes ist auf folgende Art zu führen.

Si  $\alpha' - \alpha, \beta' - \beta, \gamma' - \gamma$ , nec non  $\alpha'' - \alpha, \beta'' - \beta, \gamma'' - \gamma$  sunt numeri integri (positivi seu negativi), a functione  $F(\alpha, \beta, \gamma)$  ad functionem  $F(\alpha', \beta', \gamma')$ , et perinde ab hac usque ad functionem  $F(\alpha'', \beta'', \gamma'')$  transire licet per seriem similium functionum, ita ut quaelibet contigua sit antecedenti et consequenti, mutando scilicet primo elementum unum e.g.  $\alpha$  continuo unitate, donec a  $F(\alpha, \beta, \gamma)$  perventum sit ad  $F(\alpha', \beta, \gamma)$ , dein mutando elementum secundum, donec perven-

tum sit ad  $F(\alpha', \beta', \gamma)$ , denique mutando elementum tertium, donec perventum sit ad  $F(\alpha', \beta', \gamma')$ , et perinde ab hac usque ad  $F(\alpha'', \beta'', \gamma'')$ . Quum itaque per art. 7 habeantur aequationes lineares inter functionem primam, secundam atque tertiam, et generaliter inter ternas quascunque consequentes huius seriei, facile perspiciatur, hinc per eliminationem deduci posse aequationem linearem inter functiones  $F(\alpha, \beta, \gamma)$ ,  $F(\alpha', \beta', \gamma')$ ,  $F(\alpha'', \beta'', \gamma'')$ , ita ut generaliter loquendo e duabus functionibus, quarum tria elementa prima numeris integris differunt, quamlibet aliam functionem eadem proprietate gaudentem derivare liceat, siquidem elementum quartum idem maneat. Ceterum hic nobis sufficit, hanc veritatem insignem generaliter stabilivisse, neque hic compendiis immoramur, per quae operationes ad hunc finem necessariae quam brevissimae reddantur.

10.

Propositae sint e. g. functiones

$$F(\alpha, \beta, \gamma), F(\alpha + 1, \beta + 1, \gamma + 1), F(\alpha + 2, \beta + 2, \gamma + 2)$$

inter quas aequationem linearem invenire oporteat. Iungamus ipsas per functiones contiguas sequenti modo:

$$\begin{aligned} F(\alpha, \beta, \gamma) &= F \\ F(\alpha + 1, \beta, \gamma) &= F' \\ F(\alpha + 1, \beta + 1, \gamma) &= F'' \\ F(\alpha + 1, \beta + 1, \gamma + 1) &= F''' \\ F(\alpha + 2, \beta + 1, \gamma + 1) &= F'''' \\ F(\alpha + 2, \beta + 2, \gamma + 1) &= F''''' \\ F(\alpha + 2, \beta + 2, \gamma + 2) &= F'''''' \end{aligned}$$

Habemus itaque quinque aequationes lineares (e formulis 6, 13, 5 art. 7):

$$\begin{aligned} \text{I. } 0 &= (\gamma - \alpha - 1)F - (\gamma - \alpha - 1 - \beta)F' - \beta(1 - x)F'' \\ \text{II. } 0 &= \gamma F' - \gamma(1 - x)F'' - (\gamma - \alpha - 1)x F''' \\ \text{III. } 0 &= \gamma F'' - (\gamma - \alpha - 1)F''' - (\alpha + 1)F'''' \\ \text{IV. } 0 &= (\gamma - \alpha - 1)F''' - (\gamma - \alpha - 2 - \beta)F'''' - (\beta + 1)(1 - x)F''''' \\ \text{V. } 0 &= (\gamma + 1)F'''' - (\gamma + 1)(1 - x)F''''' - (\gamma - \alpha - 1)x F'''''' \end{aligned}$$

Ex I et II prodit, eliminando  $F''$

VI.  $0 = \gamma F - \gamma(1-x)F'' - (\gamma - \alpha - \delta - 1)x F'''$

Hinc atque ex III, eliminando  $F''$

VII.  $0 = \gamma F - (\gamma - \alpha - 1 - \delta x)F''' - (\alpha + 1)(1-x)F''''$

Porro ex IV atque V, eliminando  $F''''$

VIII.  $0 = (\gamma + 1)F''' - (\gamma + 1)F'''' + (\delta + 1)x F'''''$

Hinc atque ex VII, eliminando  $F''''$ ,

IX.  $0 = \gamma(\gamma + 1)F - (\gamma + 1)(\gamma - (\alpha + \delta + 1)x)F''' - (\alpha + 1)(\delta + 1)x(1-x)F'''''$

11.

Si omnes relationes inter ternas functiones  $F(\alpha, \delta, \gamma)$ ,  $F(\alpha + \lambda, \delta + \mu, \gamma + \nu)$ ,  $F(\alpha + \lambda', \delta + \mu', \gamma + \nu')$ , in quibus  $\lambda, \mu, \nu, \lambda', \mu', \nu'$  vel  $= 0$  vel  $= +1$  vel  $= -1$ , exhaurire vellemus, formularum multitudo usque ad 325 ascenderet. Haud inutilis foret talis collectio, saltem simpliciorum ex his formulis: hoc vero loco sufficiat, paucas tantummodo apposuisse, quas vel ex formulis art. 7, vel si magis placet, simili modo ut duae priores ex illis in art. 8 erutae sunt, quivis nullo negotio sibi demonstrare poterit.

[16]  $F(\alpha, \delta, \gamma) - F(\alpha, \delta, \gamma - 1) = -\frac{\alpha\delta x}{\gamma(\gamma-1)}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 1)$

[17]  $F(\alpha, \delta + 1, \gamma) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{\alpha x}{\gamma}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 1)$

[18]  $F(\alpha + 1, \delta, \gamma) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{\delta x}{\gamma}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 1)$

[19]  $F(\alpha, \delta + 1, \gamma + 1) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{\alpha(\gamma - \delta)x}{\gamma(\gamma + 1)}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 2)$

[20]  $F(\alpha + 1, \delta, \gamma + 1) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{\delta(\gamma - \alpha)x}{\gamma(\gamma + 1)}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 2)$

[21]  $F(\alpha - 1, \delta + 1, \gamma) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{(\alpha - \delta - 1)x}{\gamma}F(\alpha, \delta + 1, \gamma + 1)$

[22]  $F(\alpha + 1, \delta - 1, \gamma) - F(\alpha, \delta, \gamma) = \frac{(\delta - \alpha - 1)x}{\gamma}F(\alpha + 1, \delta, \gamma + 1)$

[23]  $F(\alpha - 1, \delta + 1, \gamma) - F(\alpha + 1, \delta - 1, \gamma) = \frac{(\alpha - \delta)x}{\gamma}F(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 1)$

## SECTIO SECUNDA.

## Fractiones continuas.

12.

Designando

$$\frac{F(\alpha, \delta + 1, \gamma + 1, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} \text{ per } G(\alpha, \delta, \gamma, x)$$

fit

$$\frac{F(\alpha + 1, \delta, \gamma + 1, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} = \frac{F(\delta, \alpha + 1, \gamma + 1, x)}{F(\delta, \alpha, \gamma, x)} = G(\delta, \alpha, \gamma, x)$$

et proin, dividendo aequationem 19 per  $F(\alpha, \delta + 1, \gamma + 1, x)$ ,

$$1 - \frac{1}{G(\alpha, \delta, \gamma, x)} = \frac{\alpha(\gamma - \delta)}{\gamma(\gamma + 1)} x G(\delta + 1, \alpha, \gamma + 1, x)$$

sive

$$[24] \quad G(\alpha, \delta, \gamma, x) = \frac{1}{1 - \frac{\alpha(\gamma - \delta)}{\gamma(\gamma + 1)} x G(\delta + 1, \alpha, \gamma + 1, x)}$$

et quum perinde fiat

$$G(\delta + 1, \alpha, \gamma + 1, x) = \frac{1}{1 - \frac{(\delta + 1)(\gamma + 1 - \alpha)}{(\gamma + 1)(\gamma + 2)} x G(\alpha + 1, \delta + 1, \gamma + 2, x)}$$

etc., resultabit pro  $G(\alpha, \delta, \gamma, x)$  fractio continua

$$[25] \quad \frac{F(\alpha, \delta + 1, \gamma + 1, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} = \frac{1}{1 - \frac{ax}{1 - \frac{bx}{1 - \frac{cx}{1 - \frac{dx}{1 - \text{etc.}}}}}}}$$

ubi

$$\begin{aligned} a &= \frac{\alpha(\gamma - \delta)}{\gamma(\gamma + 1)} & b &= \frac{(\delta + 1)(\gamma + 1 - \alpha)}{(\gamma + 1)(\gamma + 2)} \\ c &= \frac{(\alpha + 1)(\gamma + 1 - \delta)}{(\gamma + 2)(\gamma + 3)} & d &= \frac{(\delta + 2)(\gamma + 2 - \alpha)}{(\gamma + 3)(\gamma + 4)} \\ e &= \frac{(\alpha + 2)(\gamma + 2 - \delta)}{(\gamma + 4)(\gamma + 5)} & f &= \frac{(\delta + 3)(\gamma + 3 - \alpha)}{(\gamma + 5)(\gamma + 6)} \end{aligned}$$

etc., cuius lex progressionis obvia est.

Porro ex aequationibus 17, 18, 21, 22 sequitur

$$\begin{aligned}
 [26] \quad \frac{F(\alpha, \delta + 1, \gamma, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} &= \frac{1}{1 - \frac{\alpha x}{\gamma} G(\delta + 1, \alpha, \gamma, x)} \\
 [27] \quad \frac{F(\alpha + 1, \delta, \gamma, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} &= \frac{1}{1 - \frac{\delta x}{\gamma} G(\alpha + 1, \delta, \gamma, x)} \\
 [28] \quad \frac{F(\alpha - 1, \delta + 1, \gamma, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} &= \frac{1}{1 - \frac{(\alpha - \delta - 1)x}{\gamma} G(\delta + 1, \alpha - 1, \gamma, x)} \\
 [29] \quad \frac{F(\alpha + 1, \delta - 1, \gamma, x)}{F(\alpha, \delta, \gamma, x)} &= \frac{1}{1 - \frac{(\delta - \alpha - 1)x}{\gamma} G(\alpha + 1, \delta - 1, \gamma, x)}
 \end{aligned}$$

unde, substitutis pro functione  $G$  eius valoribus in fractionibus continuis, totidem fractiones continuas novae prodeunt.

Ceterum sponte patet, fractionem continuam in formula 25 abrumpi, si e numeris  $\alpha, \delta, \gamma - \alpha, \gamma - \delta$  aliquis fuerit integer negativus, alioquin vero in infinitum excurrere.

13.

Fractiones continuas in art. praec. erutae maximi sunt momenti, asserique potest, vix ullas fractiones continuas secundum legem obviam progredientes ab analystis hactenus erutas esse, quae sub nostris tamquam casus speciales non sint contentae. Imprimis memorabilis est casus is, ubi in formula 25 statuitur  $\delta = 0$ , unde  $F(\alpha, \delta, \gamma, x) = 1$ , adeoque, scribendo  $\gamma - 1$  pro  $\gamma$

$$\begin{aligned}
 [30] \quad F(\alpha, 1, \gamma) &= 1 + \frac{\alpha}{\gamma}x + \frac{\alpha(\alpha+1)}{\gamma(\gamma+1)}xx + \frac{\alpha(\alpha+1)(\alpha+2)}{\gamma(\gamma+1)(\gamma+2)}x^3 + \text{etc.} \\
 &= \frac{1}{1 - \frac{ax}{1 - \frac{bx}{1 - \frac{cx}{1 - \frac{dx}{1 - \text{etc.}}}}}
 \end{aligned}$$

ubi

$$\begin{aligned}
 a &= \frac{\alpha}{\gamma} & b &= \frac{\gamma - \alpha}{\gamma(\gamma + 1)} \\
 c &= \frac{(\alpha + 1)\gamma}{(\gamma + 1)(\gamma + 2)} & d &= \frac{2(\gamma + 1 - \alpha)}{(\gamma + 2)(\gamma + 3)} \\
 e &= \frac{(\alpha + 2)(\gamma + 1)}{(\gamma + 3)(\gamma + 4)} & f &= \frac{3(\gamma + 2 - \alpha)}{(\gamma + 4)(\gamma + 5)} \\
 & \text{etc.} & &
 \end{aligned}$$

14.

Operae pretium erit, quosdam casus speciales huc adscripsisse. Ex formula I art. 5 sequitur, statuendo  $t = 1$ ,  $\sigma = 1$

$$[31] \quad (1+u)^n = \frac{1}{1 - \frac{nu}{1 + \frac{\frac{n+1}{2}u}{1 + \frac{\frac{n-1}{2 \cdot 3}u}{1 - \frac{2(n+2)}{3 \cdot 4}u}{1 + \frac{2(n-2)}{4 \cdot 5}u}{1 - \frac{4 \cdot 5}{1 + \text{etc.}}}}}}$$

E formulis VI, VII art. 5 sequitur

$$[32] \quad \log(1+t) = \frac{t}{1 + \frac{\frac{1}{2}t}{1 + \frac{\frac{1}{4}t}{1 + \frac{\frac{1}{8}t}{1 + \frac{\frac{1}{16}t}{1 + \frac{\frac{1}{32}t}{1 + \frac{1}{64}t}{1 + \text{etc.}}}}}}}}$$

$$[33] \quad \log \frac{1+t}{1-t} = \frac{2t}{1 - \frac{\frac{2 \cdot 2}{3 \cdot 5}tt}{1 - \frac{\frac{3 \cdot 3}{5 \cdot 7}tt}{1 - \frac{\frac{4 \cdot 4}{7 \cdot 9}tt}{1 - \text{etc.}}}}}}$$

Mutando hic signa — in + prodit fractio continua pro arc. tang  $t$ .

Porro habemus

$$[34] \quad e^t = \frac{1}{1 - \frac{t}{1 + \frac{\frac{1}{2}t}{1 - \frac{\frac{1}{4}t}{1 + \frac{\frac{1}{8}t}{1 - \frac{\frac{1}{16}t}{1 + \frac{\frac{1}{32}t}{1 - \frac{1}{64}t}{1 + \text{etc.}}}}}}}}$$



[35]

$$t = \frac{\sin t \cos t}{1 - \frac{\frac{1 \cdot 2}{1 \cdot 3} \sin t^2}{1 - \frac{\frac{1 \cdot 2}{3 \cdot 5} \sin t^2}{1 - \frac{\frac{3 \cdot 4}{5 \cdot 7} \sin t^2}{1 - \frac{\frac{3 \cdot 4}{7 \cdot 9} \sin t^2}{1 - \frac{\frac{5 \cdot 6}{9 \cdot 11} \sin t^2}{1 - \text{etc.}}}}}}$$

Statuendo  $\alpha = 3$ ,  $\gamma = \frac{1}{2}$ , e formula 30 sponte sequitur fractio continua in *Theoria motus corporum coelestium* art. 90 proposita. Ibidem duae aliae fractiones continuae prolatae sunt, quarum evolutionem hacce occasione supplere visum est. Statuendo

$$Q = 1 - \frac{\frac{5 \cdot 8}{7 \cdot 9} x}{1 - \frac{\frac{1 \cdot 4}{9 \cdot 11} x}{1 - \frac{7 \cdot 10}{11 \cdot 13} x \text{ etc.}}}$$

fit l. c.  $x - \xi = \frac{x}{1 + \frac{2x}{35Q}} = \frac{xQ}{Q + \frac{2}{35}x}$ , adeoque

$$\xi = \frac{\frac{2}{35}xx}{Q + \frac{2}{35}x}$$

quae est formula prior: posterior sequenti modo eruitur. Statuendo

$$R = 1 - \frac{\frac{1 \cdot 4}{7 \cdot 9} x}{1 - \frac{\frac{5 \cdot 8}{9 \cdot 11} x}{1 - \frac{\frac{3 \cdot 6}{11 \cdot 13} x}{1 - \frac{7 \cdot 10}{13 \cdot 15} x \text{ etc.}}}}$$

erit per formulam 25

$$\frac{1}{R} = G\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{1}{2}, x\right), \quad \text{atque} \quad \frac{1}{Q} = G\left(\frac{1}{2}, -\frac{1}{2}, \frac{1}{2}, x\right)$$

Hinc

$$RF\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{5}{2}, x\right) = F\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{7}{2}, x\right)$$

$$QF\left(\frac{3}{2}, \frac{1}{2}, \frac{5}{2}, x\right) = F\left(\frac{3}{2}, -\frac{1}{2}, \frac{7}{2}, x\right)$$

sive permutando elementum primum cum secundo

$$QF\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{5}{2}, x\right) = F\left(-\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{7}{2}, x\right)$$

Sed per aequationem 21 habemus

$$F\left(-\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{7}{2}, x\right) - F\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{7}{2}, x\right) = -\frac{1}{2}x F\left(\frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{5}{2}, x\right)$$

unde fit  $Q = R - \frac{1}{2}x$ , quo valore in formula supra data substituto prodit

$$\xi = \frac{\frac{1}{2}xx}{R - \frac{1}{2}x}$$

quae est formula posterior.

Statuendo in formula 30,  $\alpha = \frac{m}{n}$ ,  $x = -\gamma nt$ , fit pro valore infinite magno ipsius  $\gamma$

$$[36] \quad F\left(\frac{m}{n}, 1, \gamma, -\gamma nt\right) = 1 - mt + m(m+n)tt - m(m+n)(m+2n)t^3 + \text{etc.}$$

$$= \frac{1}{1 + \frac{mt}{1 + \frac{nt}{1 + \frac{(m+n)t}{1 + \frac{2nt}{1 + \frac{(m+2n)t}{1 + 3nt \text{ etc.}}}}}}}$$

### SECTIO TERTIA.

*De summa seriei nostrae statuendo elementum quartum = 1, ubi simul quaedam aliae functiones transcendentes discutiuntur.*

15.

Quoties elementa  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  omnia sunt quantitates positivae, omnes coëfficientes potestatum elementi quarti  $x$  positivi evadunt: quoties vero ex illis elementis unum alterumve negativum est, saltem inde ab aliqua potestate  $x^m$  omnes coëfficientes eodem signo affecti erunt, si modo  $m$  accipitur maior quam valor absolutus elementi negativi maximi. Porro hinc sponte patet, seriei summam pro

$x = 1$  finitam esse non posse, nisi coëfficientes saltem post certum terminum in infinitum decrescant, vel, ut secundum morem analystarum loquamur, nisi coëfficiens termini  $x^\infty$  sit  $= 0$ . Ostendemus autem, et quidem, in gratiam eorum, qui methodis rigorosis antiquorum geometrarum favent, omni rigore,

*primo*, coëfficientes (siquidem series non abrumpatur), in infinitum crescere, quoties fuerit  $\alpha + \delta - \gamma - 1$  quantitas positiva.

*secundo*, coëfficientes versus litem finitum continuo convergere, quoties fuerit  $\alpha + \delta - \gamma - 1 = 0$ .

*tertio*, coëfficientes in infinitum decrescere, quoties fuerit  $\alpha + \delta - \gamma - 1$  quantitas negativa.

*quarto*, summam seriei nostrae pro  $x = 1$ , non obstante convergentia in casu tertio, infinitam esse, quoties fuerit  $\alpha + \delta - \gamma$  quantitas positiva vel  $= 0$ .

*quinto*, summam vero finitam esse, quoties  $\alpha + \delta - \gamma$  fuerit quantitas negativa.

16.

Hanc disquisitionem generalius adaptabimus seriei infinitae  $M, M', M'', M'''$  etc. ita formatae, ut quotientes  $\frac{M'}{M}, \frac{M''}{M'}, \frac{M'''}{M''}$  etc. resp. sint valores fractionis

$$\frac{t^\lambda + A t^{\lambda-1} + B t^{\lambda-2} + C t^{\lambda-3} + \text{etc.}}{t^\lambda + a t^{\lambda-1} + b t^{\lambda-2} + c t^{\lambda-3} + \text{etc.}}$$

pro  $t = m, t = m + 1, t = m + 2$  etc. Brevitatis causa huius fractionis numeratorem per  $P$ , denominatorem per  $p$  denotabimus: praeterea supponemus,  $P, p$  non esse identicas, sive differentias  $A - a, B - b, C - c$  etc. non omnes simul evanescere.

I. Quoties e differentiis  $A - a, B - b, C - c$  etc. prima quae non evanescit est positiva, assignari poterit limes aliquis  $l$ , quem simulac egressus est valor ipsius  $t$ , valores functionum  $P$  et  $p$  certo semper evadent positivi, atque  $P > p$ . Manifestum est, hoc evenire, si pro  $l$  accipiatur radix maxima realis aequationis  $p(P - p) = 0$ ; si vero haec aequatio nullas omnino radices reales habeat, proprietatem illam pro omnibus valoribus ipsius  $t$  locum habere. Quapropter in serie  $\frac{M'}{M}, \frac{M''}{M'}, \frac{M'''}{M''}$  etc. saltem post certum intervallum (si non ab initio) omnes termini erunt positivi atque maiores unitate; quodsi itaque nullus neque  $= 0$  neque infinite magnus evadit, perspicuum est,

seriem  $M, M', M'', M'''$  etc. si non ab initio tamen post certum intervallum omnes suos terminos eodem signo affectos continuoque crescentes habituram esse.

Eadem ratione, si e differentiis  $A—a, B—b, C—c$  etc. prima quae non evanescit est negativa, series  $M, M', M'', M'''$  etc. si non ab initio tamen post certum intervallum omnes suos terminos eodem signo affectos continuoque decrescentes habebit.

II. Si iam coëfficientes  $A, a$  sunt inaequales, termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc. ultra omnes limites sive in infinitum vel crescent vel decrescent, prout differentia  $A—a$  est positiva vel negativa: hoc ita demonstramus. Si  $A—a$  est quantitas positiva, accipiat numerus integer  $h$  ita, ut fiat  $h(A—a) > 1$ , statuaturque  $\frac{M^h}{m} = N, \frac{M'^h}{m+1} = N', \frac{M''^h}{m+2} = N'', \frac{M'''^h}{m+3} = N'''$  etc., nec non  $tP^h = Q, (t+1)p^h = q$ . Tunc patet,  $\frac{N'}{N}, \frac{N''}{N'}, \frac{N'''}{N''}$  etc. esse valores fractionis  $\frac{Q}{q}$  ponendo  $t = m, t = m+1, t = m+2$  etc., ipsas  $Q, q$  vero esse functiones algebraicas formae huius

$$Q = t^{\lambda h+1} + hA t^{\lambda h} + \text{etc.}$$

$$q = t^{\lambda h+1} + (ha+1)t^{\lambda h} + \text{etc.}$$

Quare quum per hyp. differentia  $hA—(ha+1)$  sit quantitas positiva, termini seriei  $N, N', N'', N'''$  etc. si non ab initio tamen post certum intervallum continuo crescent (per 1); hinc termini seriei  $mN, (m+1)N', (m+2)N'', (m+3)N'''$  etc. necessario ultra omnes limites crescent, et proin etiam termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc., quippe quorum potestates exponente  $h$  illis sunt aequales. Q.E.P.

Si  $A—a$  est quantitas negativa, accipere oportet integrum  $h$  ita, ut  $h(a—A)$  fiat maior quam 1, unde per ratiocinia similia termini seriei

$$mM^h, (m+1)M'^h, (m+2)M''^h, (m+3)M'''^h \text{ etc.}$$

post certum intervallum continuo decrescent. Quamobrem termini seriei  $M^h, M'^h, M''^h$  etc. adeoque etiam termini huius  $M, M', M'', M'''$  etc. necessario in infinitum decrescent. Q. E. S.

III. Si vero coëfficientes primi  $A, a$  sunt aequales, termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc. versus limitem finitum continuo convergent, quod ita demonstramus. Supponamus primo, terminos seriei post certum intervallum continuo crescere, sive e differentiis  $B—b, C—c$  etc. primam quae non evanescat

esse positivam. Sit  $h$  integer talis, ut  $h+b-B$  fiat quantitas positiva, statuamusque

$$M\left(\frac{m}{m-1}\right)^h = N, \quad M'\left(\frac{m+1}{m}\right)^h = N', \quad M''\left(\frac{m+2}{m+1}\right)^h = N'' \text{ etc.}$$

atque  $(tt-1)^h P = Q$ ,  $t^{2h} p = q$ , ita ut  $\frac{N'}{N}$ ,  $\frac{N''}{N'}$  etc. sint valores fractionis  $\frac{Q}{q}$  ponendo  $t = m$ ,  $t = m+1$  etc. Quum itaque habeatur

$$\begin{aligned} Q &= t^{\lambda+2h} + A t^{\lambda+2h-1} + (B-h) t^{\lambda+2h-2} \text{ etc.} \\ q &= t^{\lambda+2h} + A t^{\lambda+2h-1} + b t^{\lambda+2h-2} \text{ etc.} \end{aligned}$$

atque per hyp.  $B-h-b$  sit quantitas negativa, termini seriei  $N, N', N'', N'''$  etc. post certum saltem intervallum continuo decrescent, adeoque termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc., qui illis resp. semper sunt minores, dum continuo crescunt, tantummodo versus litem finitum convergere possunt. Q. E. P.

Si termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc. post certum intervallum continuo decrescent, accipere oportet pro  $h$  integrum talem, ut  $h+B-b$  sit quantitas positiva, evinceturque per ratiocinia prorsus similia, terminos seriei

$$M\left(\frac{m-1}{m}\right)^h, \quad M'\left(\frac{m}{m+1}\right)^h, \quad M''\left(\frac{m+1}{m+2}\right)^h \text{ etc.}$$

post certum intervallum continuo crescere, unde termini seriei  $M, M', M''$  etc., qui illis resp. semper sunt maiores, dum continuo decrescent, necessario tantummodo versus litem finitum decrescere possunt. Q. E. S.

IV. Denique quod attinet ad *summam* seriei, cuius termini sunt  $M, M', M'', M'''$  etc., in casu eo, ubi hi in infinitum decrescent, supponamus primo,  $A-a$  cadere inter 0 et  $-1$ , sive  $A+1-a$  esse vel quantitatem positivam vel  $= 0$ . Sit  $h$  integer positivus, arbitrarius in casu eo, ubi  $A+1-a$  est quantitas positiva, vel talis qui reddat quantitatem  $h+m+A+B-b$  positivam in casu eo ubi  $A+1-a = 0$ . Tunc erit

$$\begin{aligned} P(t-(m+h-1)) &= t^{\lambda+1} + (A+1-m-h) t^{\lambda} + (B-A(m+h-1)) t^{\lambda-1} \text{ etc.} \\ p(t-(m+h)) &= t^{\lambda+1} + (a-m-h) t^{\lambda} + (b-a(m+h)) t^{\lambda-1} \text{ etc.} \end{aligned}$$

ubi vel  $A+1-m-h-(a-m-h)$  erit quantitas positiva, vel, si haec fit  $= 0$ , saltem  $B-A(m+h-1)-(b-a(m+h))$  positiva erit. Hinc (per 1) pro quantitate  $t$  assignari poterit valor aliquis  $l$ , quem simulac transgressa est, valores fractionis  $\frac{P(t-(m+h-1))}{p(t-(m+h))}$  semper fient positivi atque unitate maiores. Sit  $n$  integer

maior quam  $l$  simulque maior quam  $h$ , sintque termini seriei  $M, M', M'', M'''$  etc. qui respondent valoribus  $t = m + n$ ,  $t = m + n + 1$ ,  $t = m + n + 2$  etc., hi  $N, N', N'', N'''$  etc. Erunt itaque

$$\frac{(n+1-h)N'}{(n-h)N}, \quad \frac{(n+2-h)N''}{(n+1-h)N'}, \quad \frac{(n+3-h)N'''}{(n+2-h)N''} \quad \text{etc.}$$

quantitates positivae unitate maiores, unde

$$N' > \frac{(n-h)N}{n+1-h}, \quad N'' > \frac{(n-h)N}{n+2-h}, \quad N''' > \frac{(n-h)N}{n+3-h} \quad \text{etc.}$$

adeoque summa seriei  $N + N' + N'' + N''' + \text{etc.}$  maior summa seriei

$$(n-h)N \left( \frac{1}{n-h} + \frac{1}{n+1-h} + \frac{1}{n+2-h} + \frac{1}{n+3-h} + \text{etc.} \right)$$

quotcunque termini colligantur. Sed posterior series, crescente terminorum numero in infinitum, omnes limites egreditur, quum summa seriei  $1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \text{etc.}$  quam infinitam esse constat etiam infinita maneat, si ab initio termini  $1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \text{etc.}$   $+ \frac{1}{n-1-h}$  rescindantur. Quare summa seriei  $N + N' + N'' + N''' + \text{etc.}$ , adeoque etiam summa huius  $M + M' + M'' + M''' + \text{etc.}$ , cuius pars est illa, ultra omnes limites crescit.

V. Quoties autem  $A - a$  est quantitas negativa absolute maior quam unitas, summa seriei  $M + M' + M'' + M''' + \text{etc.}$  in infinitum continuatae certo erit finita. Sit enim  $h$  quantitas positiva minor quam  $a - A - 1$ , demonstrabiturque per ratiocinia similia, assignari posse valorem aliquem  $l$  quantitatis  $t$ , ultra quem fractio  $\frac{P^t}{p^{(t-h-1)}}$  semper adipiscatur valores positivos unitate minores. Quodsi iam pro  $n$  accipitur numerus integer ipsis  $l, m, h + 1$  maior, terminique seriei  $M, M', M'', M'''$  etc., valoribus  $t = n, t = n + 1, t = n + 2$  etc. respondentes, designantur per  $N, N', N''$  etc., erit

$$N' < \frac{n-h-1}{n} \cdot N, \quad N'' < \frac{(n-h-1)(n-h)}{n(n+1)} \cdot N' \quad \text{etc.}$$

adeoque summa seriei  $N + N' + N'' + \text{etc.}$ , quotcunque termini colligantur, minor producto ex  $N$  in summam totidem terminorum seriei

$$1 + \frac{n-h-1}{n} + \frac{(n-h-1)(n-h)}{n(n+1)} + \frac{(n-h-1)(n-h)(n-h+1)}{n(n+1)(n+2)} \quad \text{etc.}$$

Huius vero summa pro quolibet terminorum numero facile assignari potest; est scilicet

$$\text{terminus primus} \quad = \frac{n-1}{h} - \frac{n-h-1}{h}$$

$$\text{summa duorum terminorum} = \frac{n-1}{h} - \frac{(n-h-1)(n-h)}{hn}$$

$$\text{summa trium terminorum} = \frac{n-1}{h} - \frac{(n-h-1)(n-h)(n-h+1)}{hn(n+1)} \text{ etc.}$$

et quum pars altera (per II) formet seriem ultra omnes limites decrescentem, summa illa in infinitum continuata statui debet  $= \frac{n-1}{h}$ . Hinc  $N + N' + N''$  etc. in infinitum continuata semper manebit minor quam  $\frac{N(n-1)}{h}$ , et proin  $M + M' + M''$  etc. certo ad summam finitam converget. Q. E. D.

VI. Ut ea, quae generaliter de serie  $M, M', M''$  etc. demonstravimus, ad coëfficientes potestatum  $x^m, x^{m+1}, x^{m+2}$  etc. in serie  $F(\alpha, \delta, \gamma, x)$ , applicentur, statuere oportebit  $\lambda = 2, A = \alpha + \delta, B = \alpha\delta, a = \gamma + 1, b = \gamma$ , unde quinque assertiones in art. praec. propositae sponte demanant.

17.

Disquisitio itaque de indole summae seriei  $F(\alpha, \delta, \gamma, 1)$  natura sua restringitur ad casum, quo  $\gamma - \alpha - \delta$  est quantitas positiva, ubi illa summa semper exhibet quantitatem finitam. Praemittimus autem observationem sequentem. Si coëfficientes seriei  $1 + ax + bxx + cx^3 + \text{etc.} = S$  inde a certo termino ultra omnes limites decrescunt, productum

$$(1-x)S = 1 + (a-1)x + (b-a)xx + (c-b)x^3 + \text{etc.}$$

pro  $x = 1$  statuere oportet  $= 0$ , etiamsi summa ipsius seriei  $S$  infinite magna evadat. Quoniam enim collectis duobus terminis summa fit  $= a$ , collectis tribus  $= b$ , collectis quatuor  $= c$  etc., limes summae in infinitum continuatae est  $= 0$ . Quoties itaque  $\gamma - \alpha - \delta$  est quantitas positiva, statuere oportet  $(1-x)F(\alpha, \delta, \gamma - 1, x) = 0$  pro  $x = 1$ , unde per aequationem 15 art. 7 habebimus

$$0 = \gamma(\alpha + \delta - \gamma)F(\alpha, \delta, \gamma, 1) + (\gamma - \alpha)(\gamma - \delta)F(\alpha, \delta, \gamma + 1, 1), \text{ sive}$$

$$[37] \quad F(\alpha, \delta, \gamma, 1) = \frac{(\gamma - \alpha)(\gamma - \delta)}{\gamma(\gamma - \alpha - \delta)} F(\alpha, \delta, \gamma + 1, 1)$$

Quare quum perinde fiat

$$F(\alpha, \delta, \gamma + 1, 1) = \frac{(\gamma + 1 - \alpha)(\gamma + 1 - \delta)}{(\gamma + 1)(\gamma + 1 - \alpha - \delta)} F(\alpha, \delta, \gamma + 2, 1)$$

$$F(\alpha, \delta, \gamma + 2, 1) = \frac{(\gamma + 2 - \alpha)(\gamma + 2 - \delta)}{(\gamma + 2)(\gamma + 2 - \alpha - \delta)} F(\alpha, \delta, \gamma + 3, 1)$$

et sic porro, erit generaliter,  $k$  denotante integrum positivum quemcunque

$$F(\alpha, \beta, \gamma, 1) \text{ aequalis producto ex } F(\alpha, \beta, \gamma + k, 1)$$

$$\text{in } (\gamma - \alpha)(\gamma + 1 - \alpha)(\gamma + 2 - \alpha) \dots (\gamma + k - 1 - \alpha)$$

$$\text{in } (\gamma - \beta)(\gamma + 1 - \beta)(\gamma + 2 - \beta) \dots (\gamma + k - 1 - \beta)$$

diviso per productum

$$\text{ex } \gamma(\gamma + 1)(\gamma + 2) \dots (\gamma + k - 1)$$

$$\text{in } (\gamma - \alpha - \beta)(\gamma + 1 - \alpha - \beta)(\gamma + 2 - \alpha - \beta) \dots (\gamma + k - 1 - \alpha - \beta)$$

18.

Introducamus abhinc sequentem notationem :

$$[38] \quad \Pi(k, z) = \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots k}{(z+1)(z+2)(z+3) \dots (z+k)} k^z$$

ubi  $k$  natura sua subintelligitur designare integrum positivum, qua restrictione  $\Pi(k, z)$  exhibet functionem duarum quantitatum  $k, z$  prorsus determinatam. Hoc modo facile intelligetur, theorema in fine art. praec. propositum ita exhiberi posse

$$[39] \quad F(\alpha, \beta, \gamma, 1) = \frac{\Pi(k, \gamma - 1) \cdot \Pi(k, \gamma - \alpha - \beta - 1)}{\Pi(k, \gamma - \alpha - 1) \cdot \Pi(k, \gamma - \beta - 1)} \cdot F(\alpha, \beta, \gamma + k, 1)$$

19.

Operae pretium erit, indolem functionis  $\Pi(k, z)$  accuratius perpendere. Quoties  $z$  est integer negativus, functio manifesto valorem infinite magnum obtinet, simulac ipsi  $k$  tribuitur valor satis magnus. Pro valoribus integris ipsius  $z$  non negativis autem habemus

$$\Pi(k, 0) = 1$$

$$\Pi(k, 1) = \frac{1}{1 + \frac{1}{k}}$$

$$\Pi(k, 2) = \frac{1 \cdot 2}{(1 + \frac{1}{k})(1 + \frac{2}{k})}$$

$$\Pi(k, 3) = \frac{1 \cdot 2 \cdot 3}{(1 + \frac{1}{k})(1 + \frac{2}{k})(1 + \frac{3}{k})}$$

etc. sive generaliter

$$[40] \quad \Pi(k, z) = \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots z}{(1 + \frac{1}{k})(1 + \frac{2}{k})(1 + \frac{3}{k}) \dots (1 + \frac{z}{k})}$$



Generaliter autem pro quovis valore ipsius  $z$  habemus

$$[41] \quad \Pi(k, z+1) = \Pi(k, z) \cdot \frac{1+z}{1 + \frac{1+z}{k}}$$

$$[42] \quad \Pi(k+1, z) = \Pi(k, z) \cdot \left\{ \frac{\left(1 + \frac{1}{k}\right)^{z+1}}{1 + \frac{1+z}{k}} \right\}$$

adeoque, quum  $\Pi(1, z) = \frac{1}{z+1}$ ,

$$[43] \quad \Pi(k, z) = \frac{1}{z+1} \cdot \frac{2^{z+1}}{1^2 \cdot (2+z)} \cdot \frac{3^{z+1}}{2^2 \cdot (3+z)} \cdot \frac{4^{z+1}}{3^2 \cdot (4+z)} \cdots \frac{k^{z+1}}{(k-1)^2 \cdot (k+z)}$$

20.

Imprimis vero attentione dignus est *limes*, ad quem pro valore dato ipsius  $z$  functio  $\Pi(k, z)$  continuo converget, dum  $k$  in infinitum crescit. Sit primo  $h$  valor finitus ipsius  $k$  maior quam  $z$ , patetque, si  $k$  transire supponatur ex  $h$  in  $h+1$ , logarithmum ipsius  $\Pi(k, z)$  accipere incrementum, quod per seriem convergentem sequentem exprimitur

$$\frac{z(1+z)}{2(h+1)^2} + \frac{z(1-zz)}{3(h+1)^3} + \frac{z(1+z^3)}{4(h+1)^4} + \frac{z(1-z^4)}{5(h+1)^5} + \text{etc.}$$

Si itaque  $k$  e valore  $h$  transit in  $h+n$ , logarithmus ipsius  $\Pi(k, z)$  accipiet incrementum

$$\begin{aligned} & \frac{1}{2} z(1+z) \left( \frac{1}{(h+1)^2} + \frac{1}{(h+2)^2} + \frac{1}{(h+3)^2} + \text{etc.} + \frac{1}{(h+n)^2} \right) \\ & + \frac{1}{3} z(1-zz) \left( \frac{1}{(h+1)^3} + \frac{1}{(h+2)^3} + \frac{1}{(h+3)^3} + \text{etc.} + \frac{1}{(h+n)^3} \right) \\ & + \frac{1}{4} z(1+z^3) \left( \frac{1}{(h+1)^4} + \frac{1}{(h+2)^4} + \frac{1}{(h+3)^4} + \text{etc.} + \frac{1}{(h+n)^4} \right) \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

quod semper finitum manere, etiamsi  $n$  in infinitum crescat, facile demonstrari potest. Quare nisi iam in  $\Pi(h, z)$  factor infinitus affuerit, i. e. nisi  $z$  sit numerus integer negativus, limes ipsius  $\Pi(k, z)$  pro  $k = \infty$  certo erit quantitas finita. Manifesto itaque  $\Pi(\infty, z)$  tantummodo a  $z$  pendet, sive functionem ipsius  $z$  ex asse determinatam exhibet, quae abhinc simpliciter per  $\Pi z$  denotabitur. Definimus itaque functionem  $\Pi z$  per valorem producti

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots k \cdot k^z}{(z+1)(z+2)(z+3) \cdots (z+k)}$$

pro  $k = \infty$ , aut si mavis per limitem producti infiniti

$$\frac{1}{z+1} \cdot \frac{2^{z+1}}{1^z(2+z)} \cdot \frac{3^{z+1}}{2^z(3+z)} \cdot \frac{4^{z+1}}{3^z(4+z)} \text{ etc.}$$

21.

Ex aequatione 41 statim sequitur aequatio fundamentalis

$$[44] \quad \Pi(z+1) = (z+1) \Pi z$$

unde generaliter, designante  $n$  integrum positivum quemcunque

$$[45] \quad \Pi(z+n) = (z+1)(z+2)(z+3) \dots (z+n) \Pi z$$

Pro valore integro negativo ipsius  $z$  erit valor functionis  $\Pi z$  infinite magnus; pro valoribus integris non negativis habemus

$$\begin{aligned} \Pi 0 &= 1 \\ \Pi 1 &= 1 \\ \Pi 2 &= 2 \\ \Pi 3 &= 6 \\ \Pi 4 &= 24 \text{ etc.} \end{aligned}$$

atque generaliter

$$[46] \quad \Pi z = 1 \cdot 2 \cdot 3 \dots z$$

Sed male haec proprietas functionis nostrae tamquam ipsius definitio venditaretur, quippe quae natura sua ad valores integros restringitur, et praeter functionem nostram infinitis aliis (e. g.  $\cos 2\pi z \cdot \Pi z$ ,  $\cos \pi z^{2n} \Pi z$  etc., denotante  $\pi$  semiperipheriam circuli, cuius radius = 1) communis est.

22.

Functio  $\Pi(k, z)$ , etiamsi generalior videatur quam  $\Pi z$ , tamen abhinc nobis superflua erit, quum facile ad posteriorem reducat. Colligitur enim e combinatione aequationum 38, 45, 46

$$[47] \quad \Pi(k, z) = \frac{k^z \Pi k \cdot \Pi z}{\Pi(k+z)}$$

Ceterum nexus harum functionum cum iis, quas clar. KRAMP facultates nu-

*mericas* nominavit, per se obvius est. Scilicet facultas numerica, quam hic auctor per  $a^{bIc}$  designat, in signis nostris est

$$= \frac{c^b b^{\frac{a}{c}-1} \Pi b}{\Pi(b, \frac{a}{c}-1)} = \frac{c^b \Pi(\frac{a}{c} + b - 1)}{\Pi(\frac{a}{c} - 1)}$$

Sed consultius videtur, functionem *unius* variabilis in analysin introducere, quam functionem trium variabilium, praesertim quum hanc ad illam reducere liceat.

23.

Continuitas functionis  $\Pi z$  interrumpitur, quoties ipsius valor fit infinite magnus, i. e. pro valoribus integris negativis ipsius  $z$ . Erit itaque illa positiva a  $z = -1$  usque ad  $z = \infty$ , et quum pro utroque limite  $\Pi z$  obtineat valorem infinite magnum, inter ipsos dabitur valor minimus, quem esse  $= 0,8856024$  atque respondere valori  $z = 0,4616321$  invenimus. Inter limites  $z = -1$  et  $z = -2$ , valor functionis  $\Pi z$  fit negativus, inter  $z = -2$  atque  $z = -3$  iterum positivus et sic porro, uti ex aequ. 44 sponte sequitur. Porro patet, si omnes valores functionis  $\Pi z$  inter limites arbitrarios unitate differentes e. g. a  $z = 0$  usque ad  $z = 1$  pro notis habere liceat, valorem functionis pro quovis alio valore reali ipsius  $z$  adiumento aequationis 45 facile inde deduci posse. Ad hunc finem construximus *tabulam*, ad calcem huius sectionis annexam, quae ad figuras viginti exhibet logarithmos briggicos functionis  $\Pi z$ , pro  $z = 0$  usque ad  $z = 1$  per singulas partes centesimas summa cura computatos, ubi tamen moneandum, figuram ultimam vigesimam interdum una duabusve unitatibus erroneam esse posse.

24.

Quum limes functionis  $F(\alpha, \delta, \gamma + k, 1)$ , crescente  $k$  in infinitum, manifesto sit unitas, aequatio 39 transit in hanc

[48] 
$$F(\alpha, \delta, \gamma, 1) = \frac{\Pi(\gamma-1) \cdot \Pi(\gamma-\alpha-\delta-1)}{\Pi(\gamma-\alpha-1) \cdot \Pi(\gamma-\delta-1)}$$

quae formula exhibet solutionem completam quaestionis, quae obiectum huius sectionis constituit. Sponte hinc sequuntur aequationes elegantes:

$$\begin{aligned}
 [49] \quad & F(\alpha, \beta, \gamma, 1) = F(-\alpha, -\beta, \gamma - \alpha - \beta, 1) \\
 [50] \quad & F(\alpha, \beta, \gamma, 1) \cdot F(-\alpha, \beta, \gamma - \alpha, 1) = 1 \\
 [51] \quad & F(\alpha, \beta, \gamma, 1) \cdot F(\alpha, -\beta, \gamma - \beta, 1) = 1
 \end{aligned}$$

in quarum prima  $\gamma$ , in secunda  $\gamma - \beta$ , in tertia  $\gamma - \alpha$  debet esse quantitas positiva.

25.

Applicemus formulam 48 ad quasdam ex aequationibus art. 5. Formula XIII, statuendo  $t = 90^\circ = \frac{1}{2}\pi$ , fit  $\frac{1}{2}\pi = F(\frac{1}{2}, \frac{1}{2}, \frac{3}{2}, 1)$ , sive aequivalet aequationi notae

$$\frac{1}{2}\pi = 1 + \frac{1 \cdot 1}{2 \cdot 3} + \frac{1 \cdot 1 \cdot 3}{2 \cdot 4 \cdot 5} + \frac{1 \cdot 1 \cdot 3 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 7} + \text{etc.}$$

Quare quum per formulam 48 habeatur  $F(\frac{1}{2}, \frac{1}{2}, \frac{3}{2}, 1) = \frac{\Pi_{\frac{1}{2}} \cdot \Pi(-\frac{1}{2})}{\Pi_0 \cdot \Pi_0}$ , atque sit  $\Pi_0 = 1$ ,  $\Pi_{\frac{1}{2}} = \frac{1}{2}\Pi(-\frac{1}{2})$ , fit  $\pi = (\Pi(-\frac{1}{2}))^2$  sive

$$[52] \quad \Pi(-\frac{1}{2}) = \sqrt{\pi}$$

$$[53] \quad \Pi_{\frac{1}{2}} = \frac{1}{2}\sqrt{\pi}$$

Formula XVI art. 5, quae aequivalet aequationi notae

$$\sin nt = n \sin t - \frac{n(n-1)}{2 \cdot 3} \sin t^3 + \frac{n(n-1)(n-3)}{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5} \sin t^5 - \text{etc.}$$

atque generaliter pro quovis valore ipsius  $n$  locum habet, si modo  $t$  limites  $-90^\circ$  et  $+90^\circ$  non transgrediatur, dat pro  $t = \frac{1}{2}\pi$

$$\sin \frac{n\pi}{2} = \frac{n \Pi_{\frac{1}{2}} \cdot \Pi(-\frac{1}{2})}{\Pi(-\frac{1}{2}n) \cdot \Pi_{\frac{1}{2}n}}$$

unde deducitur formula elegans

$$\Pi_{\frac{1}{2}n} \cdot \Pi(-\frac{1}{2}n) = \frac{\frac{1}{2}n\pi}{\sin \frac{1}{2}n\pi}, \text{ sive statuendo } n = 2z$$

$$[54] \quad \Pi(-z) \cdot \Pi(+z) = \frac{z\pi}{\sin z\pi}$$

$$[55] \quad \Pi(-z) \cdot \Pi(z-1) = \frac{\pi}{\sin z\pi}$$

nec non scribendo  $z + \frac{1}{2}$  pro  $z$

$$[56] \quad \Pi(-\frac{1}{2} + z) \cdot \Pi(-\frac{1}{2} - z) = \frac{\pi}{\cos z\pi}$$

E combinatione formulae 54 cum definitione functionis  $\Pi$  sequitur,  $\frac{z\pi}{\sin z\pi}$  esse litem producti infiniti

$$\frac{(1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \dots k)^2}{(1-zz)(4-zz)(9-zz) \dots (kk-zz)}$$

crescente  $k$  in infinitum, adeoque

$$\sin z\pi = z\pi(1-zz)\left(1-\frac{zz}{4}\right)\left(1-\frac{zz}{9}\right) \text{ etc. in inf.}$$

similique modo ex 56 deducitur

$$\cos z\pi = (1-4zz)\left(1-\frac{4zz}{9}\right)\left(1-\frac{4zz}{25}\right) \text{ etc. in inf.}$$

formulae notissimae, quae ab analystis per methodos prorsus diversas erui solent.

26.

Designante  $n$  numerum integrum, valor expressionis

$$\frac{n^{n^2} \Pi(k, z) \cdot \Pi(k, z - \frac{1}{n}) \cdot \Pi(k, z - \frac{2}{n}) \dots \Pi(k, z - \frac{n-1}{n})}{\Pi(nk, nz)}$$

rite collectus invenitur

$$= \frac{(1 \cdot 2 \cdot 3 \dots k)^n n^{nk}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots nk \cdot k^{\frac{1}{2}(n-1)}}$$

adeoque a  $z$  est independens, sive idem manebit, quicumque valor ipsi  $z$  tribuatur. Exhiberi poterit itaque, quoniam  $\Pi(k, 0) = \Pi(nk, 0) = 1$ , per productum

$$\Pi(k, -\frac{1}{n}) \cdot \Pi(k, -\frac{2}{n}) \cdot \Pi(k, -\frac{3}{n}) \dots \Pi(k, -\frac{n-1}{n})$$

Crescente igitur  $k$  in infinitum, nanciscimur

$$\frac{n^{n^2} \Pi z \cdot \Pi(z - \frac{1}{n}) \cdot \Pi(z - \frac{2}{n}) \dots \Pi(z - \frac{n-1}{n})}{\Pi nz} = \Pi(-\frac{1}{n}) \cdot \Pi(-\frac{2}{n}) \cdot \Pi(-\frac{3}{n}) \dots \Pi(-\frac{n-1}{n})$$

Productum ad dextram, in se ipsum ordine factorum inverso multiplicatum, producit, per form. 55,

$$\frac{\pi}{\sin \frac{1}{n} \pi} \cdot \frac{\pi}{\sin \frac{2}{n} \pi} \cdot \frac{\pi}{\sin \frac{3}{n} \pi} \dots \frac{\pi}{\sin \frac{n-1}{n} \pi} = \frac{(2\pi)^{n-1}}{n}$$

Unde habemus theorema elegans

$$[57] \quad \frac{n^{nz} \Pi z \cdot \Pi(z - \frac{1}{n}) \cdot \Pi(z - \frac{2}{n}) \dots \Pi(z - \frac{n-1}{n})}{\Pi nz} = \frac{(2\pi)^{\frac{1}{2}(n-1)}}{\sqrt{n}}$$

27.

Integrale  $\int x^{\lambda-1} (1-x^\mu)^\nu dx$ , ita acceptum, ut evanescat pro  $x = 0$ , exprimitur per seriem sequentem, siquidem  $\lambda, \mu$  sunt quantitates positivæ:

$$\frac{x^\lambda}{\lambda} - \frac{\nu x^{\mu+\lambda}}{\mu+\lambda} + \frac{\nu(\nu-1)x^{2\mu+\lambda}}{1 \cdot 2 \cdot (2\mu+\lambda)} - \text{etc.} = \frac{x^\lambda}{\lambda} F(-\nu, \frac{\lambda}{\mu}, \frac{\lambda}{\mu} + 1, x^\mu)$$

Hinc ipsius valor pro  $x = 1$  erit

$$= \frac{\Pi \frac{\lambda}{\mu} \cdot \Pi \nu}{\lambda \Pi(\frac{\lambda}{\mu} + \nu)}$$

Ex hoc theoremate omnes relationes, quas ill. EULER olim multo labore evoluit, sponte demanant. Ita e. g. statuendo

$$\int \frac{dx}{\sqrt{(1-x^4)}} = A, \quad \int \frac{xx dx}{\sqrt{(1-x^4)}} = B$$

erit  $A = \frac{\Pi \frac{1}{4} \cdot \Pi(-\frac{1}{4})}{\Pi(-\frac{1}{4})}$ ,  $B = \frac{\Pi \frac{1}{4} \cdot \Pi(-\frac{1}{4})}{3 \Pi \frac{1}{4}} = \frac{\Pi(-\frac{1}{4}) \cdot \Pi(-\frac{1}{4})}{4 \Pi \frac{1}{4}}$ , adeoque  $AB = \frac{1}{4}\pi$ . Simul hinc sequitur, quoniam  $\Pi \frac{1}{4} \cdot \Pi(-\frac{1}{4}) = \frac{\frac{1}{4}\pi}{\sin \frac{1}{4}\pi} = \frac{\pi}{\sqrt{2}}$ ,

$$\Pi \frac{1}{4} = \sqrt[4]{\frac{1}{8}\pi A} = \sqrt[4]{\frac{\pi^2}{128 B B}}, \quad \Pi(-\frac{1}{4}) = \sqrt[4]{\frac{\pi^2}{8 A A}} = \sqrt[4]{2\pi B B}$$

Valor numericus ipsius  $A$ , computante STIRLING, habetur = 1,3110287771 4605987, valor ipsius  $B$ , secundum eundem auctorem, = 0,5990701173 6779611, ex nostro calculo, artificio peculiari innixo, = 0,5990701173 6779610372.

Generaliter facile ostendi potest, valorem functionis  $\Pi z$ , si  $z$  sit quantitas rationalis =  $\frac{m}{\mu}$ , denotantibus  $m, \mu$  integros, ex  $\mu-1$  valoribus determinatis talium integralium pro  $x = 1$  deduci posse, et quidem permultis modis diversis. Accipiendo enim pro  $\lambda$  numerum integrum atque pro  $\nu$  fractionem, cuius denominator =  $\mu$ , valor illius integralis semper reducitur ad tres  $\Pi z$ , ubi  $z$  est fractio cum denominatore =  $\mu$ ; quodvis vero huiusmodi  $\Pi z$  vel ad  $\Pi(-\frac{1}{\mu})$ , vel ad  $\Pi(-\frac{2}{\mu})$ , vel ad  $\Pi(-\frac{3}{\mu})$  etc. vel ad  $\Pi(-\frac{\mu-1}{\mu})$  reduci potest per formulam 45, siquidem  $z$  revera est fractio; si enim  $z$  est integer,  $\Pi z$  per se constat. Ex illis vero integralium valoribus, generaliter loquendo, quodvis  $\Pi(-\frac{m}{\mu})$ ,

si  $m < \mu$ , per eliminationem erui potest\*). Quin adeo semissis talium integralium sufficiet, si formulam 54 simul in auxilium vocamus. Ita e. g. statuendo

$$\int \frac{dx}{\sqrt[5]{(1-x^5)}} = C, \quad \int \frac{dx}{\sqrt[5]{(1-x^5)^2}} = D, \quad \int \frac{dx}{\sqrt[5]{(1-x^5)^3}} = E, \quad \int \frac{dx}{\sqrt[5]{(1-x^5)^4}} = F, \quad \text{erit}$$

$$C = \Pi_{\frac{1}{5}} \cdot \Pi(-\frac{1}{5}), \quad D = \frac{\Pi_{\frac{1}{5}} \cdot \Pi(-\frac{2}{5})}{\Pi(-\frac{1}{5})}, \quad E = \frac{\Pi_{\frac{1}{5}} \cdot \Pi(-\frac{3}{5})}{\Pi(-\frac{2}{5})}, \quad F = \frac{\Pi_{\frac{1}{5}} \cdot \Pi(-\frac{4}{5})}{\Pi(-\frac{3}{5})}$$

Hinc propter  $\Pi_{\frac{1}{5}} = \frac{1}{5}\Pi(-\frac{1}{5})$ , habemus

$$\Pi(-\frac{1}{5}) = \sqrt[5]{\frac{5C^4}{DEF}}, \quad \Pi(-\frac{2}{5}) = \sqrt[5]{\frac{25C^3D^2}{EEFF}}, \quad \Pi(-\frac{3}{5}) = \sqrt[5]{\frac{125CCDDEE}{F^3}},$$

$$\Pi(-\frac{4}{5}) = \sqrt[5]{(625CDEF)}$$

Formulae 54, 55 adhuc suppeditant

$$C = \frac{\pi}{\sin \frac{1}{5}\pi}, \quad \frac{D}{F} = \frac{\sin \frac{1}{5}\pi}{\sin \frac{2}{5}\pi}$$

ita ut duo integralia  $D, E$ , vel  $E$  et  $F$  sufficiant, ad omnes valores  $\Pi(-\frac{1}{5})$ ,  $\Pi(-\frac{2}{5})$  etc. computandos.

28.

Statuendo  $y = vx$ , atque  $\mu = 1$ ,  $\frac{\Pi\lambda \cdot \Pi v}{\lambda \Pi(\lambda + v)}$  erit valor integralis  $\int \frac{y^{\lambda-1}(1-\frac{y}{v})^v dy}{v^\lambda}$  ab  $y = 0$  usque ad  $y = v$ , sive valor integralis  $\int y^{\lambda-1}(1-\frac{y}{v})^v dy$  inter eosdem limites  $= \frac{v^\lambda \Pi\lambda \cdot \Pi v}{\lambda \Pi(\lambda + v)} = \frac{\Pi(v, \lambda)}{\lambda}$  (form. 47), siquidem  $v$  denotet integrum. Iam crescente  $v$  in infinitum, limes ipsius  $\Pi(v, \lambda)$  erit  $= \Pi\lambda$ , limes ipsius  $(1-\frac{y}{v})^v$  autem  $e^{-y}$ , denotante  $e$  basin logarithmorum hyperbolicorum. Quamobrem si  $\lambda$  est positiva,  $\frac{\Pi\lambda}{\lambda}$  sive  $\Pi(\lambda - 1)$  exprimet integrale  $\int y^{\lambda-1} e^{-y} dy$  ab  $y = 0$  usque ad  $y = \infty$ , sive scribendo  $\lambda$  pro  $\lambda - 1$ ,  $\Pi\lambda$  est valor integralis  $\int y^\lambda e^{-y} dy$  ab  $y = 0$  usque ad  $y = \infty$ , si  $\lambda + 1$  est quantitas positiva.

Generalius statuendo  $y = z^a$ ,  $\alpha\lambda + \alpha - 1 = \bar{c}$ , transit  $\int y^\lambda e^{-y} dy$  in  $\int \alpha z^{\bar{c}} e^{-z^a} dz$ , quod itaque inter limites  $z = 0$  atque  $z = \infty$  sumtum exprimitur per  $\Pi(\frac{\bar{c}+1}{a} - 1)$  sive

Valor integralis  $\int z^{\bar{c}} e^{-z^a} dz$ , a  $z = 0$  usque ad  $z = \infty$  fit  $= \frac{\Pi(\frac{\bar{c}+1}{a} - 1)}{a} = \frac{\Pi \frac{\bar{c}+1}{a}}{\bar{c}+1}$  si modo  $\alpha$  atque  $\bar{c} + 1$  sunt quantitates positivae (si utraque est negativa, in-

\* Haec eliminatio, si pro quantitatibus ipsis logarithmos introducimus, aequationibus tantummodo linearibus applicanda erit.

tegrale per  $-\frac{\Pi^{\frac{6}{6+1}}}{6+1}$  exprimetur). Ita e. g. pro  $\delta = 0$ ,  $\alpha = 2$ , valor integralis  $\int e^{-zz} dz$  invenitur  $= \Pi_{\frac{1}{2}} = \frac{1}{2}\sqrt{\pi}$ .

## 29.

III. EULER pro summa logarithmorum  $\log 1 + \log 2 + \log 3 + \text{etc.} + \log z$  eruit seriem  $(z + \frac{1}{2}) \log z - z + \frac{1}{2} \log 2\pi + \frac{\mathfrak{A}}{1 \cdot 2z} - \frac{\mathfrak{B}}{3 \cdot 4z^3} + \frac{\mathfrak{C}}{5 \cdot 6z^5} - \text{etc.}$  ubi  $\mathfrak{A} = \frac{1}{2}$ ,  $\mathfrak{B} = \frac{1}{30}$ ,  $\mathfrak{C} = \frac{1}{42}$  etc. sunt numeri BERNOULLIANI. Per hanc itaque seriem exprimitur  $\log \Pi z$ ; etiamsi enim primo aspectu haec conclusio ad valores integros restricta videatur, tamen rem propius contemplando invenietur, evolutionem ab EULERO adhibitam (Instit. Calc. Diff. Cap. vi. 159) saltem ad valores positivos fractos eodem iure applicari posse, quo ad integros: supponit enim tantummodo, functionem ipsius  $z$ , in seriem evolvendam, esse talem, ut ipsius diminutio, si  $z$  transeat in  $z-1$ , exhiberi possit per theorema TAYLORI, simulque ut eadem diminutio sit  $= \log z$ . Conditio prior innititur *continuitati* functionis, adeoque locum non habet pro valoribus negativis ipsius  $z$ , ad quos proin seriem illam extendere non licet: conditio posterior autem functioni  $\log \Pi z$  generaliter competit sine restrictione ad valores integros ipsius  $z$ . Statuemus itaque

$$[58] \log \Pi z = (z + \frac{1}{2}) \log z - z + \frac{1}{2} \log 2\pi + \frac{\mathfrak{A}}{1 \cdot 2z} - \frac{\mathfrak{B}}{3 \cdot 4z^3} + \frac{\mathfrak{C}}{5 \cdot 6z^5} - \frac{\mathfrak{D}}{7 \cdot 8z^7} + \text{etc.}$$

Quum hinc quoque habeatur

$$\log \Pi 2z = (2z + \frac{1}{2}) \log 2z - 2z + \frac{1}{2} \log 2\pi + \frac{\mathfrak{A}}{1 \cdot 2 \cdot 2z} - \frac{\mathfrak{B}}{3 \cdot 4 \cdot 8z^3} + \frac{\mathfrak{C}}{5 \cdot 6 \cdot 32z^5} - \frac{\mathfrak{D}}{7 \cdot 8 \cdot 128z^7} + \text{etc.}$$

atque per formulam 57, statuendo  $n = 2$ ,

$$\log \Pi(z - \frac{1}{2}) = \log \Pi 2z - \log \Pi z - (2z + \frac{1}{2}) \log 2 + \frac{1}{2} \log 2\pi, \text{ fit}$$

$$[59] \log \Pi(z - \frac{1}{2}) = z \log z - z + \frac{1}{2} \log 2\pi - \frac{\mathfrak{A}}{1 \cdot 2 \cdot 2z} + \frac{7\mathfrak{B}}{3 \cdot 4 \cdot 8z^3} - \frac{31\mathfrak{C}}{5 \cdot 6 \cdot 32z^5} + \frac{127\mathfrak{D}}{7 \cdot 8 \cdot 128z^7} - \text{etc.}$$

Hae duae series pro valoribus magnis ipsius  $z$  ab initio satis promte convergunt, ita ut summam approximatum commode satisque exacte colligere liceat: attamen probe notandum est, pro quovis valore dato ipsius  $z$ , quantumvis magno, praecisionem limitatam tantummodo obtineri posse, quum numeri BERNOULLIANI seriem hypergeometricam constituent, adeoque series illae, si modo satis longe extendantur, certo e convergentibus divergentes evadant. Ceterum negari nequit, theoriam talium serierum divergentium adhuc quibusdam difficultatibus premi, de quibus forsitan alia occasione pluribus commentabimur.



30.

E formula 38 sequitur

$$\frac{\Pi(k, z + \omega)}{\Pi(k, z)} = \frac{z+1}{z+1+\omega} \cdot \frac{z+2}{z+2+\omega} \cdot \frac{z+3}{z+3+\omega} \cdots \frac{z+k}{z+k+\omega} \cdot k^\omega$$

unde sumtis logarithmis, in series infinitas evolutis, prodit

$$\begin{aligned} [60] \log \Pi(k, z + \omega) &= \log \Pi(k, z) \\ &+ \omega \left( \log k - \frac{1}{z+1} - \frac{1}{z+2} - \frac{1}{z+3} - \text{etc.} - \frac{1}{z+k} \right) \\ &+ \frac{1}{2} \omega \omega \left( \frac{1}{(z+1)^2} + \frac{1}{(z+2)^2} + \frac{1}{(z+3)^2} + \text{etc.} + \frac{1}{(z+k)^2} \right) \\ &- \frac{1}{3} \omega^3 \left( \frac{1}{(z+1)^3} + \frac{1}{(z+2)^3} + \frac{1}{(z+3)^3} + \text{etc.} + \frac{1}{(z+k)^3} \right) \\ &+ \text{etc. in inf.} \end{aligned}$$

Series, hic in  $\omega$  multiplicata, quae, si magis placet, ita etiam exhiberi potest,

$$-\frac{1}{z+1} + \log 2 - \frac{1}{z+2} + \log \frac{3}{2} - \frac{1}{z+3} + \log \frac{4}{3} - \frac{1}{z+4} + \log \frac{5}{4} - \text{etc.} + \log \frac{k}{k-1} - \frac{1}{z+k}$$

e terminorum multitudine finita constat, crescente autem  $k$  in infinitum, ad litem certum converget, qui novam functionum transcendentium speciem nobis sistit, in posterum per  $\Psi z$  denotandam.

Designandó porro summas serierum sequentium, in *infinitum* extensarum,

$$\begin{aligned} &\frac{1}{(z+1)^2} + \frac{1}{(z+2)^2} + \frac{1}{(z+3)^2} + \text{etc.} \\ &\frac{1}{(z+1)^3} + \frac{1}{(z+2)^3} + \frac{1}{(z+3)^3} + \text{etc.} \\ &\frac{1}{(z+1)^4} + \frac{1}{(z+2)^4} + \frac{1}{(z+3)^4} + \text{etc.} \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

resp. per  $P, Q, R$  etc. (pro quibus signa functionalia introducere minus necessarium videtur), habebimus

$$[61] \log \Pi(z + \omega) = \log \Pi z + \omega \Psi z + \frac{1}{2} \omega \omega P - \frac{1}{3} \omega^3 Q + \frac{1}{4} \omega^4 R - \text{etc.}$$

Manifesto functio  $\Psi z$  erit functio derivata prima functionis  $\log \Pi z$ , adeoque

$$[62] \frac{d \Pi z}{d z} = \Pi z \cdot \Psi z$$

$$\text{Perinde erit } P = \frac{d \Psi z}{d z}, \quad Q = -\frac{d d \Psi z}{2 d z^2}, \quad R = +\frac{d^3 \Psi z}{2 \cdot 3 d z^3} \text{ etc.}$$

## 31.

Functio  $\Psi z$  aequae fere memorabilis est atque functio  $\Pi z$ , quapropter insigniores relationes ad illam spectantes hic colligemus. E differentiatione aequationis 44 fit

$$[63] \quad \Psi(z+1) = \Psi z + \frac{1}{z+1}$$

unde

$$[64] \quad \Psi(z+n) = \Psi z + \frac{1}{z+1} + \frac{1}{z+2} + \frac{1}{z+3} + \text{etc.} + \frac{1}{z+n}$$

Huius adiumento a valoribus minoribus ipsius  $z$  ad maiores progredi, vel a maioribus ad minores regredi licet: pro valoribus maioribus positivis ipsius  $z$  functionis valores numerici satis commode per formulas sequentes e differentiatione aequationum 58, 59 oriundas computantur, de quibus tamen eadem sunt tenenda, quae in art. 29 circa formulas 58 et 59 monuimus:

$$[65] \quad \Psi z = \log z + \frac{1}{2z} - \frac{\mathfrak{A}}{2zz} + \frac{\mathfrak{B}}{4z^3} - \frac{\mathfrak{C}}{6z^5} + \text{etc.}$$

$$[66] \quad \Psi(z - \frac{1}{2}) = \log z + \frac{\mathfrak{A}}{2.2zz} - \frac{7\mathfrak{B}}{4.8z^3} + \frac{31\mathfrak{C}}{6.32z^5} - \text{etc.}$$

Ita pro  $z = 10$  computavimus

$$\Psi z = 2,3517525890 \ 6672110764 \ 743$$

unde regredimur ad

$$\Psi 0 = -0,5772156649 \ 0153286060 \ 653^*)$$

Pro valore integro positivo ipsius  $z$  fit generaliter

$$[67] \quad \Psi z = \Psi 0 + 1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \text{etc.} + \frac{1}{z}$$

Pro valore integro negativo autem manifesto  $\Psi z$  fit quantitas infinite magna.

\*) Quum hic valor inde a figura vigesima discrepet ab eo quem computavit clar. MASCHERONI in Adnotat. ad EULERI *Calculus Integr.*, adhortatus sum FRIDERICUM BERNHARDUM GOTHOFREDUM NICOLAI, iuvenem in calculo indefessum, ut computum illum repeteret ulteriusque extenderet. Invenit itaque per calculum duplicem, scilicet descendens tum a  $z = 50$  tum a  $z = 100$ ,

$$\Psi 0 = -0,5772156649 \ 0153286060 \ 6512090082 \ 4024310421$$

Eidem calculatori exercitatissimo etiam debetur tabulae ad finem huius Sectionis annexae pars altera, exhibens valores functionis  $\Psi z$  ad 15' figuras (quarum ultima haud certa), pro omnibus valoribus ipsius  $z$  a 0 usque ad 1 per singulas partes centesimas. Ceterum methodi, per quas utraque tabula constructa est, innituntur partim theorematibus quae hic traduntur, partim calculi artificii singularibus, quae alia occasione proferemus.

32.

Formula 55 nobis suppeditat  $\log \Pi(-z) + \log \Pi(z-1) = \log \pi - \log \sin z\pi$ , unde fit per differentiationem

$$[68] \quad \Psi(-z) - \Psi(z-1) = \pi \cotang z\pi$$

Et quum e definitione functionis  $\Psi$  generaliter habeatur

$$[69] \quad \Psi x - \Psi y = -\frac{1}{x+1} + \frac{1}{y+1} - \frac{1}{x+2} + \frac{1}{y+2} - \frac{1}{x+3} + \text{etc.}$$

oritur series nota

$$\pi \cotang z\pi = \frac{1}{z} - \frac{1}{1-z} + \frac{1}{1+z} - \frac{1}{2-z} + \frac{1}{2+z} - \frac{1}{3-z} + \text{etc.}$$

Simili modo e differentiatione formulae 57 prodit

$$[70] \quad \Psi z + \Psi(z - \frac{1}{n}) + \Psi(z - \frac{2}{n}) + \text{etc.} + \Psi(z - \frac{n-1}{n}) = n\Psi nz - n \log n$$

adeoque statuendo  $z = 0$

$$[71] \quad \Psi(-\frac{1}{n}) + \Psi(-\frac{2}{n}) + \Psi(-\frac{3}{n}) + \text{etc.} + \Psi(-\frac{n-1}{n}) = (n-1)\Psi 0 - n \log n$$

Ita e. g. habetur

$$\Psi(-\frac{1}{2}) = \Psi 0 - 2 \log 2 = -1,9635100260 \ 2142347944 \ 099, \text{ unde porro}$$

$$\Psi \frac{1}{2} = +0,0364899739 \ 7857652055 \ 901.$$

33.

Sicuti in art. praec.  $\Psi(-\frac{1}{2})$  ad  $\Psi 0$  et logarithmum reduximus, ita generaliter  $\Psi(-\frac{m}{n})$ , designantibus  $m, n$  integros, quorum minor  $m$ , ad  $\Psi 0$  et logarithmos reducemus. Statuamus  $\frac{2\pi}{n} = \omega$ , sitque  $\varphi$  alicui angulorum  $\omega, 2\omega, 3\omega \dots (n-1)\omega$  aequalis; unde  $1 = \cos n\varphi = \cos 2n\varphi = \cos 3n\varphi$  etc.,  $\cos \varphi = \cos(n+1)\varphi = \cos(n+2)\varphi$  etc.,  $\cos 2\varphi = \cos(n+2)\varphi$  etc., nec non  $\cos \varphi + \cos 2\varphi + \cos 3\varphi + \text{etc.} + \cos(n-1)\varphi + 1 = 0$ . Habemus itaque

$$\cos \varphi \cdot \Psi \frac{1-n}{n} = -n \cos \varphi + \cos \varphi \cdot \log 2 - \frac{n}{n+1} \cos(n+1)\varphi + \cos \varphi \cdot \log \frac{1}{2} - \text{etc.}$$

$$\cos 2\varphi \cdot \Psi \frac{2-n}{n} = -\frac{n}{2} \cos 2\varphi + \cos 2\varphi \cdot \log 2 - \frac{n}{n+2} \cos(n+2)\varphi + \cos 2\varphi \cdot \log \frac{1}{2} - \text{etc.}$$

$$\cos 3\varphi \cdot \Psi \frac{3-n}{n} = -\frac{n}{3} \cos 3\varphi + \cos 3\varphi \cdot \log 2 - \frac{n}{n+3} \cos(n+3)\varphi + \cos 3\varphi \cdot \log \frac{1}{2} - \text{etc.}$$

etc. usque ad

$$\cos(n-1)\varphi \cdot \Psi\left(-\frac{1}{n}\right) = -\frac{n}{n-1} \cos(n-1)\varphi + \cos(n-1)\varphi \cdot \log 2 - \frac{n}{2n-1} \cos(2n-1)\varphi \\ + \cos(n-1)\varphi \cdot \log \frac{3}{2} - \text{etc.}$$

$$\Psi 0 = -\frac{n}{n} \cos n\varphi + \log 2 - \frac{n}{2n} \cos 2n\varphi + \log \frac{3}{2} - \text{etc.}$$

atque per *summationem*

$$\cos \varphi \cdot \Psi \frac{1-n}{n} + \cos 2\varphi \cdot \Psi \frac{2-n}{n} + \cos 3\varphi \cdot \Psi \frac{3-n}{n} + \text{etc.} + \cos(n-1)\varphi \cdot \Psi\left(-\frac{1}{n}\right) + \Psi 0 \\ = -n(\cos \varphi + \frac{1}{2} \cos 2\varphi + \frac{1}{3} \cos 3\varphi + \frac{1}{4} \cos 4\varphi + \text{etc. in infin.})$$

Sed habetur generaliter, pro valore ipsius  $x$  unitate non maiori,

$$\log(1 - 2x \cos \varphi + x^2) = -2(x \cos \varphi + \frac{1}{2} x^2 \cos 2\varphi + \frac{1}{3} x^3 \cos 3\varphi + \text{etc.})$$

quae quidem series facile sequitur ex evolutione  $\log(1 - rx) + \log(1 - \frac{x}{r})$ , denotante  $r$  quantitatem  $\cos \varphi + \sqrt{-1} \cdot \sin \varphi$ . Hinc fit aequatio praecedens

$$[72] \quad \cos \varphi \cdot \Psi \frac{1-n}{n} + \cos 2\varphi \cdot \Psi \frac{2-n}{n} + \cos 3\varphi \cdot \Psi \frac{3-n}{n} + \text{etc.} + \cos(n-1)\varphi \cdot \Psi\left(-\frac{1}{n}\right) \\ = -\Psi 0 + \frac{1}{2} n \log(2 - 2 \cos \varphi)$$

Statuatur in hac aequatione deinceps  $\varphi = \omega$ ,  $\varphi = 2\omega$ ,  $\varphi = 3\omega$  etc. usque ad  $\varphi = (n-1)\omega$ , multiplicentur singulae hae aequationes ordine suo per  $\cos m\omega$ ,  $\cos 2m\omega$ ,  $\cos 3m\omega$  etc. usque ad  $\cos(n-1)m\omega$ , productorumque aggregato adiciatur aequatio 71

$$\Psi \frac{1-n}{n} + \Psi \frac{2-n}{n} + \Psi \frac{3-n}{n} + \text{etc.} + \Psi\left(-\frac{1}{n}\right) = (n-1)\Psi 0 - n \log n$$

Quodsi iam perpenditur, esse

$$1 + \cos m\omega \cdot \cos k\omega + \cos 2m\omega \cdot \cos 2k\omega + \cos 3m\omega \cdot \cos 3k\omega \\ + \text{etc.} + \cos(n-1)m\omega \cdot \cos(n-1)k\omega = 0$$

denotante  $k$  aliquem numerorum  $1, 2, 3 \dots (n-1)$  exceptis his duobus  $m$  atque  $n-m$ , pro quibus summa illa fit  $= \frac{1}{2} n$ , patebit, ex summatione illarum aequationum prodire, post divisionem per  $\frac{n}{2}$ ,

$$[73] \quad \Psi\left(-\frac{m}{n}\right) + \Psi\left(-\frac{n-m}{n}\right) = \\ 2\Psi 0 - 2 \log n + \cos m\omega \cdot \log(2 - 2 \cos \omega) + \cos 2m\omega \cdot \log(2 - 2 \cos 2\omega) \\ + \cos 3m\omega \cdot \log(2 - 2 \cos 3\omega) + \text{etc.} + \cos(n-1)m\omega \cdot \log(2 - 2 \cos(n-1)\omega)$$

Manifesto terminus ultimus huius aequationis fit  $= \cos m\omega \cdot \log(2 - 2 \cos \omega)$ , pen-

ultimus =  $\cos 2m\omega \cdot \log(2 - 2\cos 2\omega)$  etc., ita ut bini termini semper sint aequales, excepto, si  $n$  est par, termino singulari  $\cos \frac{n}{2} \cdot m\omega \log(2 - 2\cos \frac{n}{2}\omega)$ , qui fit =  $+2\log 2$  pro  $m$  pari, vel =  $-2\log 2$  pro  $m$  impari. Combinando iam cum aequatione 73 hanc

$$\Psi\left(-\frac{m}{n}\right) - \Psi\left(-\frac{n-m}{n}\right) = \pi \cotang \frac{m}{n} \pi$$

habemus, pro valore impari ipsius  $n$ , siquidem  $m$  est integer positivus minor quam  $n$

$$\begin{aligned} [74] \quad \Psi\left(-\frac{m}{n}\right) &= \Psi 0 + \frac{1}{2} \pi \cotang \frac{m\pi}{n} - \log n + \cos \frac{2m\pi}{n} \cdot \log(2 - 2\cos \frac{2\pi}{n}) \\ &+ \cos \frac{4m\pi}{n} \cdot \log(2 - 2\cos \frac{4\pi}{n}) + \cos \frac{6m\pi}{n} \cdot \log(2 - 2\cos \frac{6\pi}{n}) + \text{etc.} \\ &+ \cos \frac{(n-1)m\pi}{n} \cdot \log(2 - 2\cos \frac{(n-1)\pi}{n}) \end{aligned}$$

Pro valore pari ipsius  $n$  autem

$$\begin{aligned} [75] \quad \Psi\left(-\frac{m}{n}\right) &= \Psi 0 + \frac{1}{2} \pi \cotang \frac{m\pi}{n} - \log n + \cos \frac{2m\pi}{n} \log(2 - 2\cos \frac{2\pi}{n}) \\ &+ \cos \frac{4m\pi}{n} \log(2 - 2\cos \frac{4\pi}{n}) + \text{etc.} + \cos \frac{(n-2)m\pi}{n} \log(2 - 2\cos \frac{(n-2)\pi}{n}) \\ &\pm \log 2 \end{aligned}$$

ubi signum superius valet pro  $m$  pari, inferius pro impari. Ita e. g. invenitur

$$\begin{aligned} \Psi\left(-\frac{1}{4}\right) &= \Psi 0 + \frac{1}{2} \pi - 3 \log 2, & \Psi\left(-\frac{3}{4}\right) &= \Psi 0 - \frac{1}{2} \pi - 3 \log 2 \\ \Psi\left(-\frac{1}{3}\right) &= \Psi 0 + \frac{1}{2} \pi \sqrt{\frac{1}{3}} - \frac{3}{2} \log 3, & \Psi\left(-\frac{2}{3}\right) &= \Psi 0 - \frac{1}{2} \pi \sqrt{\frac{1}{3}} - \frac{3}{2} \log 3 \end{aligned}$$

Ceterum combinatis his aequationibus cum aequatione 64 sponte patet,  $\Psi z$  generaliter pro quovis valore rationali ipsius  $z$ , positivo seu negativo per  $\Psi 0$  atque logarithmos determinari posse, quod theorema sane maxime est memorabile.

34.

Quum, per art. 28,  $\Pi \lambda$  sit valor integralis  $\int y^\lambda e^{-y} dy$ , ab  $y = 0$  usque ad  $y = \infty$ , siquidem  $\lambda + 1$  est quantitas positiva, fit differentiando secundum  $\lambda$

$$\frac{d\Pi\lambda}{d\lambda} = \frac{d\int y^\lambda e^{-y} dy}{d\lambda} = \int y^\lambda e^{-y} \log y dy$$

sive

$$[76] \quad \Pi \lambda \cdot \Psi \lambda = \int y^\lambda e^{-y} \log y \cdot dy, \quad \text{ab } y = 0 \text{ usque ad } y = \infty$$

Generalius statuendo  $y = z^\alpha$ ,  $\alpha\lambda + \alpha - 1 = \beta$ , valor integralis  $\int z^\beta e^{-z^\alpha} \log z \, dz$ , a  $z = 0$  usque ad  $z = \infty$ , fit

$$= \frac{1}{\alpha^2} \Pi\left(\frac{\beta+1}{\alpha} - 1\right) \cdot \Psi\left(\frac{\beta+1}{\alpha} - 1\right) = \frac{1}{\alpha(\beta+1)} \Pi \frac{\beta+1}{\alpha} \cdot \Psi \frac{\beta+1}{\alpha} - \frac{1}{(\beta+1)^2} \Pi \frac{\beta+1}{\alpha}$$

siquidem simul  $\beta+1$  atque  $\alpha$  sunt quantitates positivae, vel aequalis eidem quantitati cum signo opposito, si utraque  $\beta+1$ ,  $\alpha$  est negativa.

## 35.

At non solum productum  $\Pi\lambda \cdot \Psi\lambda$ , verum etiam ipsa functio  $\Psi\lambda$  per integrale determinatum exhiberi potest. Designante  $k$  integrum positivum, patet valorem integralis  $\int \frac{x^\lambda - x^{\lambda+k}}{1-x} \, dx$ , ab  $x = 0$  usque ad  $x = 1$  esse

$$= \frac{1}{\lambda+1} + \frac{1}{\lambda+2} + \frac{1}{\lambda+3} + \text{etc.} + \frac{1}{\lambda+k}$$

Porro quum valor integralis  $\int \left(\frac{1}{1-x} - \frac{kx^{k-1}}{1-x^k}\right) dx$  generaliter sit = Const. +  $\log \frac{1-x^\lambda}{1-x}$ , idem inter limites  $x = 0$  atque  $x = 1$  erit =  $\log k$ , unde patet, valorem integralis  $S = \int \left(\frac{1-x^\lambda + x^{\lambda+k}}{1-x} - \frac{kx^{k-1}}{1-x^k}\right) dx$  inter eosdem limites esse

$$= \log k - \frac{1}{\lambda+1} - \frac{1}{\lambda+2} - \frac{1}{\lambda+3} - \text{etc.} - \frac{1}{\lambda+k}$$

quam expressionem denotabimus per  $\Omega$ . Discerpamus integrale  $S$  in duas partes

$$\int \left(\frac{1-x^\lambda}{1-x}\right) dx + \int \left(\frac{x^{\lambda+k}}{1-x} - \frac{kx^{k-1}}{1-x^k}\right) dx$$

Pars prima  $\int \frac{1-x^\lambda}{1-x} \, dx$ , statuendo  $x = y^k$  mutatur in

$$\int \frac{ky^{k-1} - ky^{\lambda+k-1}}{1-y^k} \, dy$$

unde sponte patet, illius valorem ab  $x = 0$  usque ad  $x = 1$ , aequalem esse valori integralis

$$\int \frac{kx^{k-1} - kx^{\lambda+k-1}}{1-x^k} \, dx$$

inter eosdem limites, quum manifesto literam  $y$  sub hac restrictione in  $x$  mutare liceat. Hinc fit integrale  $S$ , inter eosdem limites

$$= \int \left(\frac{x^{\lambda+k}}{1-x} - \frac{kx^{\lambda+k-1}}{1-x^k}\right) dx$$

Hoc vero integrale, statuendo  $x^k = z$ , transit in

$$\int \left( \frac{z^{\lambda+1}}{k(1-z)^{\frac{1}{k}}} - \frac{z^\lambda}{1-z} \right) dz$$

quod itaque inter limites  $z = 0$  atque  $z = 1$  sumtum aequale est ipsi  $\Omega$ . Sed crescente  $k$  in infinitum, limes ipsius  $\Omega$  est  $\Psi\lambda$ , limes ipsius  $\frac{\lambda+1}{k}$  est 0, limes ipsius  $k(1-z)^{\frac{1}{k}}$  vero est  $\log \frac{1}{z}$  sive  $-\log z$ . Quare habemus

[77] 
$$\Psi\lambda = \int \left( \frac{1}{\log \frac{1}{z}} - \frac{z^\lambda}{1-z} \right) dz = \int \left( -\frac{1}{\log z} - \frac{z^\lambda}{1-z} \right) dz$$

a  $z = 0$  usque ad  $z = 1$ .

36.

Integralia determinata, per quae supra expressae sunt functiones  $\Pi\lambda$ ,  $\Pi\lambda.\Psi\lambda$ , restringere oportuit ad valores ipsius  $\lambda$  tales, ut  $\lambda+1$  evadat quantitas positiva: haec restrictio ex ipsa deductione demanavit, reveraque facile perspicitur, pro aliis valoribus ipsius  $\lambda$  illa integralia semper fieri infinita, etiamsi functiones  $\Pi\lambda$ ,  $\Pi\lambda.\Psi\lambda$  finitae manere possint. Veritati formula 77 certo eadem conditio subesse debet, ut  $\lambda+1$  sit quantitas positiva (alioquin enim integrale certo infinitum evadit, etiamsi functio  $\Psi\lambda$  maneat finita): sed deductio formulae primo aspectu generalis nullique restrictioni obnoxia esse videtur. Sed propius attendenti facile patebit, ipsi analysi, per quam formula eruta est, hanc restrictionem iam inesse. Scilicet tacite supposuimus, integrale  $\int \frac{1-x^\lambda}{1-x} dx$  cui aequale  $\int \frac{kx^{k-1} - kx^{\lambda+k-1}}{1-x^k} dx$  substituimus, habere valorem *finitum*, quae conditio requirit, ut  $\lambda+1$  sit quantitas positiva. Ex analysi nostra quidem sequitur, haec duo integralia semper esse aequalia, si hoc extendatur ab  $x = 0$  usque ad  $x = 1-\omega$ , illud ab  $x = 0$  usque ad  $x = (1-\omega)^k$ , quantumvis parva sit quantitas  $\omega$ , modo non sit  $= 0$ : sed hoc non obstante in casu eo, ubi  $\lambda+1$  non est quantitas positiva, duo integralia ab  $x = 0$  usque ad *eundem* terminum  $x = 1-\omega$  extensa neutiquam ad aequalitatem convergunt, sed potius tunc ipsorum differentia, decrescente  $\omega$  in infinitum, in infinitum crescit. Hocce exemplum monstrat, quanta circumspectio opus sit in tractandis quantitibus infinitis, quae in ratiociniis analyticis nostro iudicio eatenus tantum sunt admittendae, quatenus ad theoriam limitum reduci possunt.

37.

Statuendo in formula 77,  $z = e^{-u}$ , patet, illam etiam ita exhiberi posse

$$\Psi\lambda = -\int\left(\frac{e^{-u}}{u} - \frac{e^{-u\lambda-u}}{1-e^{-u}}\right) du, \quad \text{ab } u = \infty \text{ usque ad } u = 0, \text{ i. e.}$$

$$[78] \quad \Psi\lambda = \int\left(\frac{e^{-u}}{u} - \frac{e^{-\lambda u}}{e^u-1}\right) du, \quad \text{ab } u = 0 \text{ usque ad } u = \infty.$$

(Perinde valor ipsius  $\Pi\lambda$  in art. 28 allatus, mutatur statuendo  $e^{-y} = v$ , in sequentem

$$\Pi\lambda = \int(\log \frac{1}{v})^\lambda dv, \quad \text{a } v = 0 \text{ usque ad } v = 1)$$

Porro patet e formula 77, esse

$$[79] \quad \Psi\lambda - \Psi\mu = \int \frac{z^\mu - z^\lambda}{1-z} dz, \quad \text{a } z = 0 \text{ usque ad } z = 1$$

ubi praeter  $\lambda+1$  etiam  $\mu+1$  debet esse quantitas positiva.

Statuendo in eadem formula 77,  $z = u^\alpha$ , designante  $\alpha$  quantitatem positivam, fit

$$\Psi\lambda = \int\left(-\frac{u^{\alpha-1}}{\log u} - \frac{\alpha u^{\alpha\lambda+\alpha-1}}{1-u^\alpha}\right) du, \quad \text{ab } u = 0 \text{ usque ad } u = 1$$

et quum perinde statui possit, pro valore positivo ipsius  $\delta$ ,

$$\Psi\lambda = \int\left(-\frac{u^{\delta-1}}{\log u} - \frac{\delta u^{\delta\lambda+\delta-1}}{1-u^\delta}\right) du$$

patet, fieri

$$0 = \int\left(\frac{u^{\alpha-1} - u^{\delta-1}}{\log u} + \frac{\alpha u^{\alpha\lambda+\alpha-1}}{1-u^\alpha} - \frac{\delta u^{\delta\lambda+\delta-1}}{1-u^\delta}\right) du$$

sive

$$\int \frac{u^{\alpha-1} - u^{\delta-1}}{\log u} du = \int\left(\frac{\delta u^{\delta\lambda+\delta-1}}{1-u^\delta} - \frac{\alpha u^{\alpha\lambda+\alpha-1}}{1-u^\alpha}\right) du$$

integralibus semper ab  $u = 0$  usque ad  $u = 1$  extensis. Sed ponendo  $\lambda = 0$ , integrale posterius *indefinite* assignari potest; est scilicet  $\log \frac{1-u^\alpha}{1-u^\delta}$ , si evanescere debet pro  $u = 0$ ; quare quum pro  $u = 1$  statuere oporteat  $\frac{1-u^\alpha}{1-u^\delta} = \frac{\alpha}{\delta}$ , erit integrale  $\log \frac{\alpha}{\delta} = \int \frac{u^{\alpha-1} - u^{\delta-1}}{\log u} du$ , ab  $u = 0$  usque ad  $u = 1$ , quod theorema olim ab ill. EULFR per alias methodos erutum est.



$z$	$\log \Pi z$	$\Psi z$
0.00	0.000000000 000000000	- 0.5772156649 01532861
0.01	9.9975287306 5869172624	0.5608854578 68674498
0.02	9.9951278719 8879034144	0.5447893104 56179789
0.03	9.9927964208 8883589748	0.5289210872 85430502
0.04	9.9905334004 0842900595	0.5132748789 16830312
0.05	9.9883378587 9012046216	0.4978449912 99870371
0.06	9.9862088685 5581945437	0.4826259358 14825705
0.07	9.9841455256 3523567773	0.4676124198 67553632
0.08	9.9821469485 3403172902	0.4527993380 01712885
0.09	9.9802122775 3951136603	0.4381817634 95334764
0.10	9.9783406739 6180754713	0.4237549404 11076796
0.11	9.9765313194 0866250820	0.4095142760 71694248
0.12	9.9747834150 9201128963	0.3954553339 34292807
0.13	9.9730961811 6469083029	0.3815738268 38792064
0.14	9.9714688560 8569966779	0.3678656106 07749546
0.15	9.9699006960 1252903489	0.3543266779 76279272
0.16	9.9683909742 1917527943	0.3409531528 32261794
0.17	9.9669389805 3852656982	0.3277412847 48392299
0.18	9.9655440208 2789424567	0.3146874437 88860621
0.19	9.9642054164 5653136262	0.3017881155 74610030
0.20	9.9629225038 1404835193	0.2890398965 92188296
0.21	9.9616946338 3869862929	0.2764394897 32192051
0.22	9.9605211715 6456577252	0.2639837000 44220200
0.23	9.9594014956 8673884734	0.2516694306 96100107
0.24	9.9583349981 4361387302	0.2394936791 25936794
0.25	9.9573210837 1550754011	0.2274535333 76265408
0.26	9.9563591696 3881435774	0.2155461686 00265182
0.27	9.9554486852 3498063412	0.2037688437 30623157
0.28	9.9545890715 5360828076	0.1921188983 02221732
0.29	9.9537797810 2903856417	0.1805937494 20369178
0.30	9.9530202771 4980077695	0.1691908888 66799656
0.31	9.9523100341 4034352140	0.1579078803 36141874
0.32	9.9516485366 5449703876	0.1467423567 95996017
0.33	9.9510352794 8014390879	0.1356920179 64169332
0.34	9.9504697672 5460261315	0.1247546278 97003946
0.35	9.9499515141 9025401627	0.1139280126 83088296
0.36	9.9494800438 0996487612	0.1032100582 36977615
0.37	9.9490548886 9188515282	0.0925987081 87861259
0.38	9.9486755902 2321722697	0.0820919618 58406487
0.39	9.9483416983 6257525751	0.0716878723 29281510
0.40	9.9480527714 1057187897	0.0613845445 85116146
0.41	9.9478083757 8828733374	0.0511801337 37897756
0.42	9.9476080858 2329302469	0.0410728433 24024375
0.43	9.9474514835 4291742066	0.0310609236 71447052
0.44	9.9473381584 7445730981	0.0211426703 33530475
0.45	9.9472677074 5205163055	0.0113164225 86445845
0.46	9.9472397344 2994856529	0.0015805619 87083418
0.47	9.9472538503 0190930853	+ 0.0080664890 11364893
0.48	9.9473096727 2650396072	0.0176262683 88849468
0.49	9.9474068259 5806639475	0.0271002758 35486201
0.50	9.9475449406 8308573196	0.0364899739 78576520

$z$	$\log \Pi z$	$\Psi z$
0.50	9.9475449406 8308573196	+ 0.0364899739 78576520
0.51	9.9477236538 6182228429	0.0457967895 61914496
0.52	9.9479426085 7494550351	0.0550221145 79551622
0.53	9.9482014538 7500065798	0.0641673073 66077154
0.54	9.9484998446 4251966174	0.0732336936 45365776
0.55	9.9488374414 4659973817	0.0822225675 39644344
0.56	9.9492139104 0978143536	0.0911351925 40635189
0.57	9.9496289230 7706494873	0.0999728024 44444623
0.58	9.9500821562 8891076887	0.1087366022 51781439
0.59	9.9505732920 5807738191	0.1174277690 35011042
0.60	9.9511020174 5015512544	0.1260474527 73476253
0.61	9.9516680244 6766136244	0.1345967771 58445210
0.62	9.9522710099 3756789859	0.1430768403 68980212
0.63	9.9529106754 0213704917	0.1514887158 19958383
0.64	9.9535867270 1294797674	0.1598334528 83415463
0.65	9.9542988754 2799988466	0.1681120775 84327804
0.66	9.9550468357 1178337730	0.1763255932 71894293
0.67	9.9558303272 3821579829	0.1844749812 67329607
0.68	9.9566490735 9634064632	0.1925612014 89132418
0.69	9.9575028024 9869525351	0.2005851930 56747012
0.70	9.9583912456 9225480685	0.2085478748 73493948
0.71	9.9593141388 7186450668	0.2164501461 89604789
0.72	9.9602712215 9607519880	0.2242928871 46157521
0.73	9.9612622372 0530119641	0.2320769593 00672792
0.74	9.9622869327 4222223320	0.2398032061 35096466
0.75	9.9633450588 7435456829	0.2474724535 46861164
0.76	9.9644363698 1871920339	0.2550855103 23688336
0.77	9.9655606232 6853798084	0.2626431686 02762795
0.78	9.9667175803 2189101417	0.2701462043 14883540
0.79	9.9679070054 1227146665	0.2775953776 14168016
0.80	9.9691286662 4097614416	0.2849914332 93861542
0.81	9.9703823337 1127271250	0.2923351011 88779580
0.82	9.9716677818 6428658993	0.2996270965 64887544
0.83	9.9729847878 1655271065	0.3068681204 96501033
0.84	9.9743331316 9917940601	0.3140588602 31568639
0.85	9.9757125965 9857361442	0.3211999895 45479708
0.86	9.9771229684 9367851092	0.3282921690 83820641
0.87	9.9785640362 2467644771	0.3353360466 94485409
0.88	9.9800355913 8811182162	0.3423322577 49528903
0.89	9.9815374283 3339013630	0.3492814254 57135499
0.90	9.9830693440 8561111078	0.3561841611 64059720
0.91	9.9846311382 9969520321	0.3630410646 48881123
0.92	9.9862226132 1076437381	0.3698527244 06401469
0.93	9.9878435735 8573930651	0.3766197179 23498793
0.94	9.9894938266 7611664682	0.3833426119 46740214
0.95	9.9911731821 7189109803	0.3900219627 42043086
0.96	9.9928814521 5658844947	0.3966583163 46662402
0.97	9.9946184510 6337679375	0.4032522088 13771306
0.98	9.9963839956 3222432515	0.4098041664 49890838
0.99	9.9981779048 6807320161	0.4163147060 45414956
1.00	0.0000000000 0000000000	0.4227843350 98467139

METHODUS NOVA  
INTEGRALIUM VALORES  
PER APPROXIMATIONEM INVENIENDI

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO GAUSS

SOCIETATI REGIAE SCIENTIARUM EXHIBITA 1814. SEPT. 16.

---

Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis recentiores. Vol. III.

Gottingae MDCCCXVI.

---



METHODUS NOVA  
INTEGRALIUM VALORES  
PER APPROXIMATIONEM INVENIENDI.

---

1.

Inter methodos ad determinationem numericam approximatum integralium propositas insignem tenent locum regulae, quas praeunte summo NEWTON evolutas dedit CORES. Scilicet si requiritur valor integralis  $\int y dx$  ab  $x = g$  usque ad  $x = h$  sumendus, valores ipsius  $y$  pro his valoribus extremis ipsius  $x$  et pro quotcunque aliis intermediis a primo ad ultimum incrementis aequalibus progredientibus, multiplicandi sunt per certos coefficients numericos, quo facto productorum aggregatum in  $h - g$  ductum integrale quaesitum suppeditabit, eo maiore praecisione, quo plures termini in hac operatione adhibentur. Quum principia huius methodi, quae a geometris rarius quam par est in usum vocari videtur, nusquam quod sciam plenius explicata sint, pauca de his praemittere ab instituto nostro haud alienum erit.

2.

Sit  $n + 1$  multitudo terminorum, quos in usum vocare placuit, statuamusque  $h - g = \Delta$ , ita ut valores ipsius  $x$  sint  $g, g + \frac{\Delta}{n}, g + \frac{2\Delta}{n}, g + \frac{3\Delta}{n}$  etc. usque ad  $g + \Delta$ , respondeantque iisdem resp. valores ipsius  $y$  hi  $A, A', A'', A'''$  etc. usque ad  $A^{(n)}$ : denique ponatur indefinite  $x = g + \Delta t$ , ita ut  $y$  etiam spectari possit tamquam functio ipsius  $t$ . Designemus per  $Y$  functionem sequentem

$$\begin{aligned}
 & A. \frac{(nt-1)(nt-2)(nt-3)\dots(nt-n)}{(-1)(-2)(-3)\dots(-n)} \\
 + & A'. \frac{nt.(nt-2).(nt-3)\dots(nt-n)}{1.(-1)(-2)\dots(1-n)} \\
 + & A''. \frac{nt.(nt-1).(nt-3)\dots(nt-n)}{2.1.(-1)\dots(2-n)} \\
 + & A'''. \frac{nt.(nt-1).(nt-2)\dots(nt-n)}{3.2.1\dots(3-n)} \\
 & + \text{etc.} \\
 + & A^{(n)}. \frac{nt(nt-1).(nt-2)\dots(nt-n+1)}{n.(n-1)(n-2)\dots 1}
 \end{aligned}$$

sive  $\sum \frac{A^{(\mu)}T^{(\mu)}}{M^{(\mu)}}$ , ubi representante  $\mu$  singulos integros 0, 1, 2, 3... n.

$$T^{(\mu)} = \frac{nt(nt-1)(nt-2)(nt-3)\dots(nt-n)}{nt-\mu}$$

$M^{(\mu)}$  valor ipsius  $T$  pro  $nt = \mu$ .

Manifestum erit,  $Y$  exhibere functionem algebraicam integram ipsius  $t$  ordinis  $n$ , atque eius valores pro singulis  $n+1$  valoribus ipsius  $t$ , puta  $0, \frac{1}{n}, \frac{2}{n}, \frac{3}{n} \dots 1$  aequales esse valoribus ipsius  $y$ . Porro patet, si  $Y'$  sit functio alia integra pro iisdem valoribus cum  $y$  conspirans,  $Y' - Y$  pro iisdem evanescere, adeoque per factores  $t, t - \frac{1}{n}, t - \frac{2}{n}, t - \frac{3}{n} \dots t - 1$  et proin etiam per eorum productum (quod est ordinis  $n+1$ ) divisibilem esse, unde patet,  $Y'$ , nisi prorsus identica sit cum  $Y$ , certo ad altiorem ordinem ascendere debere, sive  $Y$  ex omnibus functionibus integris ordinem  $n$  haud egredientibus unicam esse, quae pro illis  $n+1$  valoribus cum  $y$  conspiret. Quodsi itaque  $y$ , in seriem secundum potestates ipsius  $t$  progredientem evoluta, ante terminum qui implicat  $t^{n+1}$  omnino abruptitur, cum  $Y$  identica erit: si vero saltem tam cito convergit, ut terminos sequentes spernere liceat, functio  $Y$  inter limites  $t = 0, t = 1$  sive  $x = g, x = h$  ipsius  $y$  vice fungi poterit.

3.

Iam integrale nostrum  $\int y dx$  transit in  $\Delta \int y dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  sumendum, cuius loco per ea, quae modo monuimus, adoptabimus  $\Delta \int Y dt$ . Evolvendo itaque  $T^{(\mu)}$  in

$$\alpha t^n + \beta t^{n-1} + \gamma t^{n-2} + \delta t^{n-3} + \text{etc.}$$

erit  $\int T^{(\mu)} dt$ , a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$ ,

$$= \frac{\alpha}{n+1} + \frac{\beta}{n} + \frac{\gamma}{n-1} + \frac{\delta}{n-2} + \text{etc.}$$

qua quantitate posita  $= M^{(\mu)} R^{(\mu)}$ , erit integrale quaesitum

$$= \Delta(A R + A' R' + A'' R'' + A''' R''' + \text{etc.} + A^{(n)} R^{(n)})$$

Exempli caussa apponemus computum coefficientis  $R''$  pro  $n = 5$ . Fit hic

$$T'' = 5^5 t^5 - 13 \cdot 5^4 t^4 + 59 \cdot 5^3 t^3 - 107 \cdot 5^2 t t + 60 \cdot 5 \cdot t$$

$$M'' = 2 \times 1 \times (-1) \times (-2) \times (-3) = -12$$

Hinc  $-12 R'' = \frac{3125}{6} - 1625 + \frac{7375}{4} - \frac{2675}{3} + 150 = -\frac{25}{12}$ , adeoque  $R'' = \frac{25}{144}$ .

Computus aliquanto brevior evadit, statuendo  $2t-1 = u$ . Tunc fit

$$T^{(\mu)} = \frac{(nu+n)(nu+n-2)(nu+n-4) \dots (nu-n+4)(nu-n+2)(nu-n)}{2^n(nu+n-2\mu)}$$

Ponamus

$$\frac{(nnuu-nn) \cdot (nnuu-(n-2)^2) \cdot (nnuu-(n-4)^2) \cdot (nnuu-(n-6)^2) \dots}{nnuu-(n-2\mu)^2} = U^{(\mu)}$$

ubi numerator desinere debet in  $\dots (nnuu-9)(nnuu-1)$ , si  $n$  est impar, vel in  $\dots (nnuu-4)nu$ , si  $n$  est par, eritque

$$T^{(\mu)} = \frac{(nu-n+2\mu)U^{(\mu)}}{2^n}$$

Iam integrale  $\int T^{(\mu)} dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  acceptum aequale est integrali

$$\int \frac{1}{2} T^{(\mu)} du = \int \frac{nu U^{(\mu)} du}{2^{n+1}} + \int \frac{(2\mu-n) U^{(\mu)} du}{2^{n+1}}$$

ab  $u = -1$  usque ad  $u = +1$ .

Statuendo itaque

$$U^{(\mu)} = \alpha u^{n-1} + \beta u^{n-3} + \gamma u^{n-5} + \delta u^{n-7} + \text{etc.}$$

(sponte enim patet, potestates  $u^{n-2}$ ,  $u^{n-4}$ ,  $u^{n-6}$  etc. abesse), integralis pars  $\int \frac{nu U^{(\mu)} du}{2^{n+1}}$  evanescet pro valore impari ipsius  $n$ , pars altera  $\int \frac{(2\mu-n) U^{(\mu)} du}{2^{n+1}}$  vero pro valore pari, unde integrale  $\int T^{(\mu)} dt$  fiet pro  $n$  pari

$$= \frac{n}{2^n} \left( \frac{\alpha}{n+1} + \frac{\beta}{n-1} + \frac{\gamma}{n-3} + \frac{\delta}{n-5} + \text{etc.} \right)$$

pro  $n$  impari autem

$$= \frac{2^{\mu-n}}{2^n} \left( \frac{\alpha}{n} + \frac{6}{n-2} + \frac{7}{n-4} + \frac{8}{n-6} + \text{etc.} \right)$$

In exemplo nostro habetur

$$U'' = (25uu - 25)(25uu - 9) = 625u^4 - 850uu + 225, \text{ adeoque} \\ -12R'' = -\frac{1}{3^{\frac{1}{2}}}(125 - \frac{850}{3} + 225) = -\frac{7}{2} \text{ ut supra.}$$

Observare convenit, fieri  $U^{(n-\mu)} = U^{(\mu)}$ , adeoque  $\int T^{(n-\mu)} dt = \pm \int T^{(\mu)} dt$ , signo superiore valente pro  $n$  pari, inferiore pro impari. Quare quum facile perspiciatur, perinde haberi  $M^{(n-\mu)} = \pm M^{(\mu)}$ , semper erit  $R^{(n-\mu)} = R^{(\mu)}$ , sive e coefficientibus  $R, R', R'' \dots R^{(n)}$  ultimus primo aequalis, penultimus secundo et sic porro.

## 4.

Valores numericos horum coefficientium a COTESIO usque ad  $n = 10$  computatos ex *Harmonia Mensurarum* huc adscribimus.

Pro  $n = 1$  sive terminis duobus.

$$R = R' = \frac{1}{2}$$

Pro  $n = 2$  sive terminis tribus.

$$R = R'' = \frac{1}{6}, R' = \frac{2}{3}$$

Pro  $n = 3$  sive terminis quatuor.

$$R = R''' = \frac{1}{8}, R' = R'' = \frac{3}{8}$$

Pro  $n = 4$  sive terminis quinque.

$$R = R'''' = \frac{7}{96}, R' = R''' = \frac{1}{6}, R'' = \frac{1}{25}$$

Pro  $n = 5$  sive terminis sex.

$$R = R^v = \frac{1}{2^{\frac{9}{8}}}, R' = R'''' = \frac{2}{3}, R'' = R''' = \frac{2}{1^{\frac{5}{4}}}$$

Pro  $n = 6$  sive terminis septem.

$$R = R^vi = \frac{1}{8^{\frac{1}{6}}}, R' = R^v = \frac{9}{8}, R'' = R^iv = \frac{9}{2}, R''' = \frac{3}{1^{\frac{3}{5}}}$$

Pro  $n = 7$  sive terminis octo.

$$R = R^vii = \frac{1}{1^{\frac{7}{2}}}, R' = R^vi = \frac{3^{\frac{5}{2}}}{1^{\frac{7}{2}}}, R'' = R^v = \frac{6^{\frac{9}{2}}}{1^{\frac{7}{2}}}, R''' = R'''' = \frac{2^{\frac{9}{2}}}{1^{\frac{7}{2}}}$$

Pro  $n = 8$  sive terminis novem.

$$R = R^viii = \frac{9}{2^{\frac{9}{8}}}, R' = R^vii = \frac{2^{\frac{9}{4}}}{1^{\frac{7}{5}}}, R'' = R^vi = -\frac{1}{1^{\frac{6}{5}}}, R''' = R^v = \frac{5}{1^{\frac{2}{5}}}, \\ R^iv = -\frac{4}{2^{\frac{5}{3}}}$$



Pro  $n = 9$  sive terminis decem.

$$R = R^{\text{IX}} = \frac{28570}{89800}, R' = R^{\text{VIII}} = \frac{15740}{89800}, R'' = R^{\text{VII}} = \frac{270}{2240}, R''' = R^{\text{VI}} = \frac{100}{1000},$$

$$R^{\text{IV}} = R^{\text{V}} = \frac{2880}{44800}$$

Pro  $n = 10$  sive terminis undecim.

$$R = R^{\text{X}} = \frac{16072}{89800}, R' = R^{\text{IX}} = \frac{26758}{149800}, R'' = R^{\text{VIII}} = -\frac{16175}{19980},$$

$$R''' = R^{\text{VII}} = \frac{575}{12474}, R^{\text{IV}} = R^{\text{VI}} = -\frac{4625}{11088}, R^{\text{V}} = \frac{7807}{24844}.$$

5.

Quum formula  $\Delta(A R + A' R' + A'' R'' + \text{etc.} + A^{(n)} R^{(n)})$  integrale  $\int y dx$  ab  $x = g$  usque ad  $x = g + \Delta$ , sive integrale  $\Delta \int y dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  exacte quidem exhibeat, quoties  $y$  in seriem evoluta potestatem  $t^n$  non transcendit, sed approximate tantum, quoties  $y$  ultra progreditur, superest, ut errorem, quem inducunt termini proxime sequentes, assignare doceamus. Designemus generaliter per  $k^{(m)}$  differentiam inter valorem verum integralis  $\int t^m dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$ , atque valorem ex formula prodeuntem, ita ut sit

$$k = 1 - R - R' - R'' - R''' - \text{etc.} - R^{(n)}$$

$$k' = \frac{1}{2} - \frac{1}{n}(R' + 2R'' + 3R''' + \text{etc.} + nR^{(n)})$$

$$k'' = \frac{1}{3} - \frac{1}{nn}(R' + 4R'' + 9R''' + \text{etc.} + nnR^{(n)})$$

$$k''' = \frac{1}{4} - \frac{1}{n^2}(R' + 8R'' + 27R''' + \text{etc.} + n^3R^{(n)})$$

etc. Patet igitur, si  $y$  evolvatur in seriem

$$K + K't + K''t^2 + K'''t^3 + \text{etc.}$$

differentiam inter valorem verum integralis  $\int y dt$  atque valorem approximatum formulae exprimi per

$$Kk + K'k' + K''k'' + K'''k''' + \text{etc.}$$

Sed manifesto  $k, k', k''$  etc. usque ad  $k^{(n)}$  sponte fiunt  $= 0$ : correctio itaque formulae approximatae erit

$$K^{(n+1)}k^{(n+1)} + K^{(n+2)}k^{(n+2)} + K^{(n+3)}k^{(n+3)} + \text{etc.}$$

Indolem quantitatum  $k^{(n+1)}, k^{(n+2)}$  etc. infra accuratius perscrutabimur; hic sufficiat, valores numericos primae aut secundae, pro singulis valoribus ipsius  $n$ , apposuisse, ut gradus praecisionis, quam formula approximata affert, inde aestimari possit.

Pro  $n = 1$  habemus  $k'' = -\frac{1}{2}$ ,  $k''' = -\frac{1}{2}$ ,  $k^{(4)} = -\frac{3}{2}$   
 Pro  $n = 2$  invenimus  $k''' = 0$ ,  $k^{(4)} = -\frac{1}{2}$ ,  $k^{(5)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 3$  fit  $k^{(4)} = -\frac{1}{2}$ ,  $k^{(5)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 4 \dots k^{(5)} = 0$ ,  $k^{(6)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(7)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 5 \dots k^{(6)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(7)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 6 \dots k^{(7)} = 0$ ,  $k^{(8)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(9)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 7 \dots k^{(8)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(9)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 8 \dots k^{(9)} = 0$ ,  $k^{(10)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(11)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 9 \dots k^{(10)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(11)} = -\frac{1}{8}$   
 Pro  $n = 10 \dots k^{(11)} = 0$ ,  $k^{(12)} = -\frac{1}{8}$ ,  $k^{(13)} = -\frac{1}{8}$

Pro valore pari ipsius  $n$  ubique hic fieri animadvertimus  $k^{(n+1)} = 0$ , ac praeterea  $k^{(n+3)} = \frac{n+3}{2} k^{(n+2)}$ ; pro valore impari ipsius  $n$  autem ubique prodit  $k^{(n+2)} = \frac{n+2}{2} k^{(n+1)}$ . Ratio horum eventuum facile e considerationibus sequentibus depromitur.

Designemus generaliter per  $l^{(m)}$  differentiam inter valorem verum huius integralis  $\int (t - \frac{1}{2})^m dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$ , atque valorem eum, quem formula approximata profert, ita ut habeatur

$$l^{(m)} = \int (t - \frac{1}{2})^m dt - \left[ (-\frac{1}{2})^m R + (\frac{1}{n} - \frac{1}{2})^m R' + (\frac{2}{n} - \frac{1}{2})^m R'' + (\frac{3}{n} - \frac{1}{2})^m R''' + \text{etc.} \right. \\ \left. + (\frac{1}{2} - \frac{1}{n})^m R^{(n-1)} + (\frac{1}{2})^m R^{(n)} \right]$$

integrali a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  accepto. Manifesto pro valore impari ipsius  $m$  evanescet tum valor verus integralis tum valor approximatus: erit itaque  $l' = 0$ ,  $l'' = 0$ ,  $l''' = 0$ ,  $l^{(4)} = 0$  etc. sive generaliter  $l^{(m)} = 0$  pro valore impari ipsius  $m$ . Pro valore pari autem ipsius  $m$ , formulae tribuimus formam hancce

$$l^{(m)} = \frac{1}{2^m(m+1)} - \frac{2}{n^m} \left( (\frac{1}{2}n)^m R + (\frac{1}{2}n - 1)^m R' + (\frac{1}{2}n - 2)^m R'' + \text{etc.} \right. \\ \left. + 2^m R^{(\frac{1}{2}n-2)} + R^{(\frac{1}{2}n-1)} \right)$$

si simul fuerit  $n$  par; vel hanc

$$l^{(m)} = \frac{1}{2^m} \left( \frac{1}{m+1} - \frac{2}{n^m} (n^m R + (n-2)^m R' + (n-4)^m R'' + \text{etc.} \right. \\ \left. + 3^m R^{(\frac{1}{2}n-1)} + R^{(\frac{1}{2}n-1)} \right)$$

si simul fuerit  $n$  impar.

Si igitur per evolutionem ipsius  $y$  in seriem secundum potestates ipsius  $t - \frac{1}{2}$  progredientem prodit

$$y = L + L'(t - \frac{1}{2}) + L''(t - \frac{1}{2})^2 + L'''(t - \frac{1}{2})^3 + \text{etc.}$$

correctio valori approximato integralis  $\int y dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  applicanda erit

$$Ll + L''l'' + L'''l''' + L^{(n)}l^{(n)} + \text{etc.}$$

aut potius, quum  $l^{(m)}$  necessario evanescat pro valore quovis integro ipsius  $m$  haud maiori quam  $n$ , correctio erit

$$L^{(n+2)}l^{(n+2)} + L^{(n+4)}l^{(n+4)} + L^{(n+6)}l^{(n+6)} + \text{etc.}$$

pro  $n$  pari, vel

$$L^{(n+1)}l^{(n+1)} + L^{(n+3)}l^{(n+3)} + L^{(n+5)}l^{(n+5)} + \text{etc.}$$

pro  $n$  impari.

Facillime iam correctiones  $l^{(m)}$  ad  $k^{(m)}$  reducuntur et vice versa. Quum enim habeatur

$$(t - \frac{1}{2})^m = t^m - \frac{1}{2}m \cdot t^{m-1} + \frac{1}{4} \cdot \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} t^{m-2} + \text{etc.}$$

erit

$$l^{(m)} = k^{(m)} - \frac{1}{2}m k^{(m-1)} + \frac{1}{4} \cdot \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} k^{(m-2)} + \text{etc.}$$

Et perinde fit

$$k^{(m)} = l^{(m)} + \frac{1}{2}m l^{(m-1)} + \frac{1}{4} \cdot \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} l^{(m-2)} + \text{etc.}$$

Ex posteriori formula eiicientur termini, ubi  $l$  afficitur indice impari: utraque autem continuanda est tantummodo usque ad indicem  $n+1$  (inclus.). Manifesto itaque habebimus

*pro n pari*

$$k^{(n+1)} = 0$$

$$k^{(n+2)} = l^{(n+2)}$$

$$k^{(n+3)} = \frac{n+3}{2} \cdot l^{(n+2)}$$

*pro n impari*

$$k^{(n+1)} = l^{(n+1)}$$

$$k^{(n+2)} = \frac{n+2}{2} \cdot l^{(n+1)}$$

unde demanant observationes supra indicatae

## 6.

Generaliter itaque loquendo praestabit, in applicanda methodo Cotesiana ipsi  $n$  tribuere valorem parem, seu terminorum multitudinem impari in usum vocare. Perparum scilicet praecisio augebitur, si loco valoris paris ipsius  $n$  ad impari proxime maiorem ascendamus, quum error maneat eiusdem ordinis, licet coefficiente aliquantulum minori affectus. Contra ascendendo a valore impari ipsius  $n$  ad parem proxime sequentem, error duobus ordinibus promovebitur, in superque coefficiente notabilius imminutus praecisionem augebit. Ita si quinque termini adhibentur, sive pro  $n = 4$ , error proxime exprimitur per  $-\frac{1}{2^4 8^8} K^6$  vel per  $-\frac{1}{2^6 8^8} L^6$ ; si statuitur  $n = 5$ , error erit proxime  $-\frac{1}{2^5 8^6} K^6$  vel  $-\frac{1}{2^7 8^6} L^6$ , adeoque ne ad semissem quidem prioris depressus: contra faciendo  $n = 6$ , error fit proxime  $-\frac{1}{2^6 8^8} K^8$  vel  $-\frac{1}{2^8 8^8} L^8$ , praecisioque tanto magis aucta, quo citius series, in quam functio evolvitur, iam per se convergit.

## 7.

Postquam haecce circa methodum Cotesii praemisimus, ad disquisitionem generalem progredimur, abiiciendo conditionem, ut valores ipsius  $x$  progressionem arithmetica procedant. Problema itaque aggredimur, determinare valorem integralis  $\int y dx$  inter limites datos ex aliquot valoribus datis ipsius  $y$ , vel exacte vel quam proxime. Supponamus, integrale sumendum esse ab  $x = g$  usque ad  $x = g + \Delta$ , introducamusque loco ipsius  $x$  aliam variabilem  $t = \frac{x-g}{\Delta}$ , ita ut integrale  $\Delta \int y dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  investigare oporteat. Respondeant  $n+1$  valores dati ipsius  $y$  hi  $A, A', A'', A'''\dots A^{(n)}$  valoribus ipsius  $t$  inaequalibus his  $a, a', a'', a'''\dots a^{(n)}$ , designemusque per  $Y$  functionem algebraicam integram ordinis  $n$  hancce:

$$\begin{aligned} & A \frac{(t-a')(t-a'')(t-a''')\dots(t-a^{(n)})}{(a-a')(a-a'')(a-a''')\dots(a-a^{(n)})} \\ & + A' \frac{(t-a)(t-a'')(t-a''')\dots(t-a^{(n)})}{(a'-a)(a'-a'')(a'-a''')\dots(a'-a^{(n)})} \\ & + A'' \frac{(t-a)(t-a')(t-a''')\dots(t-a^{(n)})}{(a''-a)(a''-a')(a''-a''')\dots(a''-a^{(n)})} \\ & + \text{etc.} \\ & + A^{(n)} \frac{(t-a)(t-a')(t-a'')\dots(t-a^{(n-1)})}{(a^{(n)}-a)(a^{(n)}-a')(a^{(n)}-a'')\dots(a^{(n)}-a^{(n-1)})} \end{aligned}$$

Manifesto valores huius functionis, si  $t$  alicui quantatum  $a, a', a'', a'''\dots a^{(n)}$  aequalis ponitur, coincidunt cum valoribus respondentibus functionis  $y$ , unde per-

inde ut in art. 2. concludimus,  $Y$  cum  $y$  identicam esse, quoties  $y$  quoque sit functio algebraica integra ordinem  $n$  non transcendens, aut saltem ipsius  $y$  vice fungi posse, si  $y$  in seriem secundum potestates ipsius  $t$  progredientem conversa tantam convergentiam exhibeat, ut terminos altiorum ordinum negligere liceat.

8.

Iam ad eruendum integrale  $\int Y dt$  singulas partes ipsius  $Y$  consideremus. Designemus productum,

$$(t-a)(t-a')(t-a'')(t-a''') \dots (t-a^{(n)})$$

per  $T$ , fiatque per evolutionem huius producti

$$T = t^{n+1} + \alpha t^n + \alpha' t^{n-1} + \alpha'' t^{n-2} + \text{etc.} + \alpha^{(n)}$$

Numerator fractionis, per quam, in parte prima ipsius  $Y$ , multiplicata est  $A$ , fit  $= \frac{T}{t-a}$ ; numeratores in partibus sequentibus perinde sunt  $\frac{T}{t-a'}$ ,  $\frac{T}{t-a''}$ ,  $\frac{T}{t-a'''}$  etc. Denominatores vero nihil aliud sunt, nisi valores determinati horum numeratorum, si resp. statuitur  $t = a$ ,  $t = a'$ ,  $t = a''$ ,  $t = a'''$  etc.: denotemus hos denominatores resp. per  $M$ ,  $M'$ ,  $M''$ ,  $M'''$  etc., ita ut sit

$$Y = \frac{AT}{M(t-a)} + \frac{A'T}{M'(t-a')} + \frac{A''T}{M''(t-a'')} + \text{etc.} + \frac{A^{(n)}T}{M^{(n)}(t-a^{(n)})}$$

Quum fiat  $T = 0$ , pro  $t = a$ , habemus aequationem identicam

$$a^{n+1} + \alpha a^n + \alpha' a^{n-1} + \alpha'' a^{n-2} + \text{etc.} + \alpha^{(n)} = 0$$

adeoque

$$T = t^{n+1} - a^{n+1} + \alpha(t^n - a^n) + \alpha'(t^{n-1} - a^{n-1}) + \alpha''(t^{n-2} - a^{n-2}) + \text{etc.} \\ + \alpha^{(n-1)}(t-a)$$

Hinc dividendo per  $t-a$  fit

$$\frac{T}{t-a} = t^n + \alpha t^{n-1} + \alpha a t^{n-2} + \alpha^2 t^{n-3} + \text{etc.} + a^n \\ + \alpha t^{n-1} + \alpha a t^{(n-2)} + \alpha a a t^{n-3} + \text{etc.} + \alpha a^{n-1} \\ + \alpha' t^{n-2} + \alpha' a t^{n-3} + \text{etc.} + \alpha' a^{n-2} \\ + \alpha'' t^{n-3} + \text{etc.} + \alpha'' a^{n-3} \\ + \text{etc. etc.} \\ + \alpha^{(n-1)}$$

Valor huius functionis pro  $t = a$  colligitur

$$= (n+1)a^n + n\alpha a^{n-1} + (n-1)\alpha' a^{n-2} + (n-2)\alpha'' a^{n-3} + \text{etc.} + \alpha^{(n-1)}$$

Hinc  $M$  aequalis valori ipsius  $\frac{dT}{dt}$  pro  $t = a$ , uti etiam aliunde constat. Perinde  $M'$ ,  $M''$ ,  $M'''$ , etc. erunt valores ipsius  $\frac{dT}{dt}$  pro  $t = a'$ ,  $t = a''$ ,  $t = a'''$  etc.

Porro invenimus valorem integralis  $\int \frac{T dt}{t-a}$ , a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$ ,

$$\begin{aligned} &= \frac{1}{n+1} + \frac{a}{n} + \frac{aa}{n-1} + \frac{a^2}{n-2} + \text{etc.} + a^n \\ &\quad + \frac{\alpha}{n} + \frac{\alpha a}{n-1} + \frac{\alpha a a}{n-2} + \text{etc.} + \alpha a^{n-1} \\ &\quad + \frac{\alpha'}{n-1} + \frac{\alpha' a}{n-2} + \text{etc.} + \alpha' a^{n-2} \\ &\quad + \frac{\alpha''}{n-2} + \text{etc.} + \alpha'' a^{n-3} \\ &\quad + \text{etc. etc.} \\ &\quad + \alpha^{(n-1)} \end{aligned}$$

quos terminos ordine sequenti disponemus:

$$\begin{aligned} &a^n + \alpha a^{n-1} + \alpha' a^{n-2} + \alpha'' a^{n-3} + \text{etc.} + \alpha^{(n-1)} \\ &\quad + \frac{1}{2}(a^{n-1} + \alpha a^{n-2} + \alpha' a^{n-3} + \text{etc.} + \alpha^{(n-2)}) \\ &\quad + \frac{1}{3}(a^{n-2} + \alpha a^{n-3} + \alpha' a^{n-4} + \text{etc.} + \alpha^{(n-3)}) \\ &\quad + \frac{1}{4}(a^{n-3} + \alpha a^{n-4} + \alpha' a^{n-5} + \text{etc.} + \alpha^{(n-4)}) \\ &\quad + \text{etc.} \\ &\quad + \frac{1}{n-1}(aa + \alpha a + \alpha') \\ &\quad + \frac{1}{n}(a + \alpha) \\ &\quad + \frac{1}{n+1} \end{aligned}$$

Sed manifesto eadem quantitas prodit, si in producto e multiplicatione functionis  $T$  in seriem infinitam

$$t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} \text{ etc.}$$

orto, reiectis omnibus terminis, qui implicant potestates ipsius  $t$  exponentibus negativis (sive brevius, in producti parte ea, quae est functio integra ipsius  $t$ ) pro  $t$  scribitur  $a$ . Supponamus itaque, fieri \*)

$$T(t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} + \text{etc.}) = T' + T''$$

\*) Vix opus erit monere, characteres  $T$ ,  $T'$ ,  $T''$  alio sensu hic accipi, quam in art. 2.

ita ut  $T'$  sit functio integra ipsius  $t$  in hoc producto contenta,  $T''$  vero pars altera, scilicet series descendens in infinitumque excurrent. Quo facto valor integralis  $\int_{t-a}^{T dt}$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  aequalis erit valori functionis  $T'$  pro  $t = a$ . Quodsi itaque valores determinatos functionis

$$\frac{T'}{\left(\frac{dT}{dt}\right)}$$

pro  $t = a, t = a', t = a'', t = a'''$  etc. usque ad  $t = a^{(n)}$  resp. per  $R, R', R'', R''' \dots R^{(n)}$  denotamus, integrale  $\int Y dt$  a  $t = 0$  usque ad  $t = 1$  fiet

$$= RA + R'A' + R''A'' + \text{etc.} + R^{(n)}A^{(n)}$$

quod per  $\Delta$  multiplicatum exhibebit valorem vel verum vel approximatum integralis  $\int y dx$  ab  $x = g$  usque ad  $x = g + \Delta$ .

9.

Hae operationes aliquanto facilius perficiuntur, si loco indeterminatae  $t$  introducitur alia  $u = 2t - 1$ . Scribimus quoque brevitatis caussa  $b = 2a - 1, b' = 2a' - 1, b'' = 2a'' - 1$  etc. Transeat  $T$ , substituto pro  $t$  valore  $\frac{1}{2}u + \frac{1}{2}$ , in  $\frac{U}{2^{n+1}}$ , sive sit

$$U = (u - b)(u - b')(u - b'') \dots (u - b^{(n)})$$

Erit itaque  $\frac{dT}{dt} = \frac{1}{2^n} \cdot \frac{dU}{du}$ , adeoque  $M, M', M''$  etc. valores determinati ipsius  $\frac{1}{2^n} \cdot \frac{dU}{du}$ , si deinceps statuitur  $u = b, u = b', u = b''$  etc.

Quum series  $t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{4}t^{-3} + \frac{1}{8}t^{-4} + \text{etc.}$  nihil aliud sit quam  $\log \frac{1}{1-t} = \log \frac{1+u^{-1}}{1-u^{-1}}$ : per substitutionem  $t = \frac{1}{2}u + \frac{1}{2}$  necessario transibit in  $2u^{-1} + \frac{2}{3}u^{-3} + \frac{2}{5}u^{-5} + \frac{2}{7}u^{-7} + \text{etc.}$  Quodsi itaque statuimus

$$U(u^{-1} + \frac{2}{3}u^{-3} + \frac{2}{5}u^{-5} + \frac{2}{7}u^{-7} + \text{etc.}) = U' + U''$$

ita ut  $U'$  sit functio integra ipsius  $u$  in hoc producto contenta,  $U''$  vero pars altera, puta series descendens infinita, patet esse

$$T' + T'' = \frac{1}{2^n} (U' + U'')$$

Sed manifesto  $T'$ , tamquam functio integra ipsius  $t$ , per substitutionem  $t = \frac{1}{2}u + \frac{1}{2}$  necessario functionem integram ipsius  $u$  producet: contra  $T''$ , quae non continet nisi potestates negativas ipsius  $t$ , per eandem substitutionem tantummodo potesta-

tes negativas ipsius  $u$  gignet. Quam ob rem  $U'$  nihil aliud erit quam  $2'' T'$  per hanc substitutionem transformata, ac perinde  $U''$  producta erit ex  $2'' T''$ . Nihil itaque intererit, sive in  $\frac{T'}{\left(\frac{dT}{dt}\right)}$  substituamus  $t = a$ , sive in  $\frac{U'}{\left(\frac{dU}{du}\right)}$  faciamus  $u = b$ , unde colligimus,  $R, R', R'', R'''$  etc. etiam esse valores determinatos functionis  $\frac{U'}{\left(\frac{dU}{du}\right)}$  pro  $u = b, u = b', u = b'', u = b'''$  etc.

10.

Antequam ulterius progrediamur, haecce praecepta per exemplum illustrabimus. Sit  $n = 5$ , statuamusque  $a = 0, a' = \frac{1}{3}, a'' = \frac{2}{3}, a''' = \frac{3}{3}, a'''' = \frac{4}{3}, a''''' = 1$ . Hinc fit

$$T = t^6 - 3t^5 + \frac{17}{8}t^4 - \frac{9}{8}t^3 + \frac{7}{8}t^2 - \frac{2}{8}t$$

Multiplicando per  $t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} +$  etc. obtinemus

$$T' = t^5 - \frac{5}{2}t^4 + \frac{9}{8}t^3 - \frac{1}{8}t^2 + \frac{9}{8}t - \frac{1}{8}$$

Valores itaque coefficientium  $R, R', R'', R''', R''''$  exprimuntur per functionem fractam

$$\frac{t^5 - \frac{5}{2}t^4 + \frac{9}{8}t^3 - \frac{1}{8}t^2 + \frac{9}{8}t - \frac{1}{8}}{6t^6 - 15t^5 + \frac{9}{8}t^4 - \frac{2}{8}t^3 + \frac{9}{8}t^2 - \frac{1}{8}t}$$

in qua pro  $t$  deinceps substituendi sunt valores  $0, \frac{1}{3}, \frac{2}{3}, \frac{3}{3}, \frac{4}{3}, 1$ . Aliquanto brevior est methodus altera, quae suppeditat  $b = -1, b' = -\frac{2}{3}, b'' = -\frac{1}{3}, b''' = \frac{1}{3}, b'''' = 1$

$$U = u^6 - \frac{7}{3}u^4 + \frac{7}{8}uu - \frac{9}{8}u$$

$$U' = u^5 - \frac{1}{3}u^3 + \frac{7}{8}u$$

unde  $R, R', R''$  etc. erunt valores functionis fractae

$$\frac{u^5 - \frac{1}{3}u^3 + \frac{7}{8}u}{6u^6 - \frac{9}{8}uu + \frac{7}{8}}$$

pro  $u = -1, u = -\frac{2}{3}, u = -\frac{1}{3}$  etc. Utraque methodus eosdem numeros profert, quos in art. 4. ex Harmonia Mensurarum tradidimus. Ceterum in casu tali, qualem hocce exemplum sistit, ubi  $a, a', a''$  etc. sunt quantitates rationales, valores denominatoris  $\frac{dT}{dt}$  commodius in forma primitiva computantur, puta  $(a - a')(a - a'') \dots (a - a^{(n)})$  pro  $t = a$  ac perinde de reliquis. Idem valet de denominatore  $\frac{dU}{du}$ , qui pro  $u = b$  fit  $= (b - b')(b - b'')(b - b''') \dots (b - b^{(n)})$ .



11.

Quoties  $a, a', a''$  etc. vel ex parte vel omnes sunt irrationales, utilis erit transformatio functionis fractae, ex qua numeros  $R, R', R''$  etc. derivamus, in functionem integram: principia talis transformationis, quum in libris algebraicis non inveniuntur, hoc loco breviter explicabimus. Propositis scilicet tribus functionibus integris  $Z, \zeta, \zeta'$  indeterminatae  $z$ , quaeritur functio integra, quae fractae  $\frac{Z}{\zeta}$  vice fungi possit, quatenus pro  $z$  accipitur radix quaecunque aequationis  $\zeta' = 0$ . Supponemus autem,  $\zeta$  pro nullo horum valorum ipsius  $z$  evanescere, sive quod eodem redit,  $\zeta$  atque  $\zeta'$  nullum divisorem communem indeterminatum implicare. Exponentes potestatum altissimarum ipsius  $z$  in  $\zeta$  atque  $\zeta'$  per  $k, k'$  denotabimus.

Dividatur sueto more  $\zeta$  per  $\zeta'$ , donec residui ordo infra  $k'$  depressus sit; statuatur residuum  $= \frac{\zeta''}{\lambda}$ , eiusque ordo  $= k''$ , ita ut  $\frac{1}{\lambda} z^{k''}$  sit residui terminus altissimus; divisionis quotientem ponemus  $= \frac{p'}{\lambda}$ . Perinde ex divisione functionis  $\zeta'$  per  $\zeta''$  prodeat residuum  $\frac{\zeta'''}{\lambda'}$  ordinis  $k'''$ , quotiens  $\frac{p''}{\lambda'}$ ; dein rursus e divisione functionis  $\zeta''$  per  $\zeta'''$  prodeat residuum  $\frac{\zeta''''}{\lambda''}$  ordinis  $k''''$  atque quotiens  $\frac{p'''}{\lambda''}$  et sic porro, donec in serie functionum  $\zeta'', \zeta''', \zeta''''$  etc., quae singulae terminum suum altissimum coëfficiente 1 affectum habebunt, perveniatur ad  $\zeta^{(m)} = 1$ . Hoc tandem evenire debere facile perspicitur, quum quaelibet functionum  $\zeta, \zeta', \zeta'', \zeta'''$  etc. cum praecedenti divisorem communem indeterminatum habere nequeat, adeoque certo divisio absque residuo fieri nequeat, quamdiu divisor fuerit ordinis maioris quam 0. Habebimus igitur seriem aequationum

$$\begin{aligned} \zeta'' &= \lambda \zeta - p \zeta' \\ \zeta''' &= \lambda' \zeta' - p' \zeta'' \\ \zeta'''' &= \lambda'' \zeta'' - p'' \zeta''' \\ \zeta''''' &= \lambda''' \zeta''' - p''' \zeta'''' \\ &\text{etc. usque ad} \\ \zeta^{(m)} &= \lambda^{(m-2)} \zeta^{(m-2)} - p^{(m-2)} \zeta^{(m-1)} \end{aligned}$$

ubi  $\zeta'', \zeta''', \zeta'''' \dots \zeta^{(m)}$  sunt functiones integrae ipsius  $z$  ordinis  $k'', k''', k'''' \dots k^{(m)}$ ; numeri  $k', k'', k''', \dots k^{(m)}$  continuo decrescentes usque ad ultimum  $k^{(m)} = 0$ ;  $p, p', p'', p'''$  etc. quoque functiones integrae ipsius  $z$  ordinis  $k - k', k' - k'', k'' - k''', k'' - k''''$  etc. (excepto casu, ubi  $k < k'$ , in quo manifesto statui debet  $p = 0$ ).

His ita praeparatis formamus secundam seriem functionum integrarum ipsius  $z$ , puta  $\eta, \eta', \eta'', \eta''', \dots \eta^{(m)}$ . Et quidem statuemus  $\eta = 1, \eta' = 0$ , reliquas vero

singulas e binis praecedentibus per eandem legem derivamus, per quam functiones  $\zeta, \zeta', \zeta'', \zeta'''$  etc. inter se nexae sunt, scilicet per aequationes

$$\begin{aligned}\eta'' &= \lambda \eta - p \eta' \\ \eta''' &= \lambda' \eta' - p' \eta'' \\ \eta'''' &= \lambda'' \eta'' - p'' \eta'''' \\ \eta'''' &= \lambda''' \eta''' - p''' \eta'''' \text{ etc. usque ad} \\ \eta^{(m)} &= \lambda^{(m-2)} \eta^{(m-2)} - p^{(m-2)} \eta^{(m-1)}\end{aligned}$$

Manifesto  $\eta'' = \lambda$  hic est ordinis 0;  $\eta''' = -\lambda p'$  ordinis  $k' - k''$ , et perinde sequentes  $\eta''''$ ,  $\eta'''''$  etc. resp. ordinis  $k' - k''$ ,  $k' - k'''$  etc., ita ut ultima  $\eta^{(m)}$  ascendat ad ordinem  $k' - k^{(m-1)}$ .

Porro consideremus *tertiam* functionum seriem,  $\zeta - \zeta \eta$ ,  $\zeta' - \zeta \eta'$ ,  $\zeta'' - \zeta \eta''$ ,  $\zeta''' - \zeta \eta'''$  etc., inter cuius terminos quosvis ternos consequentes manifesto similis relatio intercedet, scilicet

$$\begin{aligned}\zeta'' - \zeta \eta'' &= \lambda (\zeta - \zeta \eta) - p (\zeta' - \zeta \eta') \\ \zeta''' - \zeta \eta''' &= \lambda' (\zeta' - \zeta \eta') - p' (\zeta'' - \zeta \eta'') \\ \zeta'''' - \zeta \eta'''' &= \lambda'' (\zeta'' - \zeta \eta'') - p'' (\zeta''' - \zeta \eta''')\end{aligned}$$

Iam prima harum functionum fit = 0, secunda =  $\zeta'$ : hinc facile colligitur, singulas per  $\zeta'$  divisibiles fore.

Hinc autem nullo negotio sequitur, loco fractionis  $\frac{Z}{\zeta}$  adoptari posse functionem integram  $Z \eta^{(m)}$ , quatenus quidem ipsi  $z$  non tribuantur alii valores nisi qui sint radices aequationis  $\zeta' = 0$ : manifesto enim differentia  $\frac{Z(1-\zeta \eta^{(m)})}{\zeta}$  pro tali valore ipsius  $z$  necessario evanescit, quum  $1 - \zeta \eta^{(m)} = \zeta^{(m)} - \zeta \eta^{(m)}$  per  $\zeta'$  sit divisibilis.

Loco functionis  $Z \eta^{(m)}$  etiam adoptari poterit eius residuum ex divisione per  $\zeta'$  ortum, cuius ordo erit inferior ordine functionis  $\zeta'$ .

Ceterum hocce residuum commodius per algorithmum sequentem immediate eruere licet. Formentur aequationes sequentes

$$\begin{aligned}Z &= q' \zeta' + Z' \\ Z' &= q'' \zeta'' + Z'' \\ Z'' &= q''' \zeta''' + Z''' \\ Z''' &= q'''' \zeta'''' + Z'''' \text{ etc. usque ad} \\ Z^{(m-1)} &= q^{(m)} \zeta^{(m)} + Z^{(m)}\end{aligned}$$

scilicet deinceps dividendo  $Z$  per  $\zeta'$ , dein residuum primae divisionis  $Z'$  per  $\zeta''$ , tum residuum secundae divisionis per  $\zeta'''$  ac sic porro. Quum residuum semper ad ordinem inferiorem pertineat quam divisor, ordo functionum  $Z', Z'', Z''', Z''''$  etc. erit resp. inferior quam  $k', k'', k''', k''''$  etc.; ultima vero  $Z^{(m)}$  necessario fit  $= 0$ , quum divisor  $\zeta^{(m)}$  sit  $= 1$ . Habemus itaque

$$Z = q'\zeta' + q''\zeta'' + q'''\zeta''' + q''''\zeta'''' + \text{etc.} + q^{(m)}\zeta^{(m)}$$

Quatenus autem pro  $z$  solae radices aequationis  $\zeta' = 0$  accipiuntur, fit  $\zeta' = 0$ ,  $\zeta'' = \zeta\eta''$ ,  $\zeta''' = \zeta\eta'''$ ,  $\zeta'''' = \zeta\eta''''$  etc., unde sub eadem restrictione erit

$$\frac{Z}{\zeta} = q''\eta'' + q'''\eta''' + q''''\eta'''' + \text{etc.} + q^{(m)}\eta^{(m)}$$

Ordo vero huius expressionis necessario erit infra  $k'$ : quum enim ordo quotientium  $q'', q''', q''''$  etc. esse debeat infra  $k' - k'', k'' - k''', k''' - k''''$  etc., ordo singularum partium  $q''\eta'', q'''\eta''', q''''\eta''''$  etc. erit infra  $k' - k'', k' - k''', k' - k''''$  etc.

Denique adhuc observamus, si forte inter valores indeterminatae  $z$ , quos in fractione  $\frac{Z}{\zeta}$  substituere oporteat, rationales cum irrationalibus mixti reperiantur, magis e re fore, illos ab his separare atque hos solos in aequatione  $\zeta' = 0$  comprehendere. Pro rationalibus enim valoribus calculi compendio opus non erit; pro irrationalibus autem calculus tanto simplicior erit, quo minor fuerit gradus functionis integrae, ad quam fractam reducere licet.

12.

Ecce nunc exemplum transformationis in art. praec explicatae. Proposita sit functio fracta

$$\frac{z^6 - \frac{3}{5}z^4 + \frac{7}{15}zz - \frac{2}{15}}{7z^6 - \frac{1}{5}z^4 + \frac{7}{15}zz - \frac{2}{15}}$$

in qua  $z$  indefinite repraesentat radices aequationis

$$z^7 - \frac{1}{3}z^5 + \frac{1}{3}z^3 - \frac{3}{8}z = 0$$

Si hic omnes septem radices complecti vellemus, ad functionem integram sexti ordinis delaberemur. Manifesto autem pro valore rationali  $z = 0$  computus fractionis obvius est, datque valorem  $\frac{1}{2^2 \cdot 3^2 \cdot 5}$ : quapropter seposita hac radice in aequatione sexti gradus subsistemus:

$$z^6 - \frac{7}{4}z^4 + \frac{1}{4}zz - \frac{3}{8} = 0$$

quo pacto facile praevidemus orturam esse functionem integram quarti ordinis. Iam ex applicatione praeceptorum praecedentium prodeunt sequentia:

$$\begin{aligned} \zeta &= 7z^6 - \frac{1}{2}z^4 + \frac{1}{4}zz - \frac{3}{8} \\ \zeta' &= z^6 - \frac{7}{4}z^4 + \frac{1}{4}zz - \frac{3}{8} \\ \zeta'' &= z^4 - \frac{7}{2}z^2 + \frac{1}{2} \\ \zeta''' &= 2z - \frac{7}{2} \\ \zeta'''' &= 1 \\ \lambda &= \frac{1}{2} & p &= \frac{1}{8} \\ \lambda' &= -\frac{1}{4} & p' &= -\frac{1}{4}z + \frac{3}{8} \\ \lambda'' &= \frac{1}{4} & p'' &= -\frac{1}{4}z + \frac{7}{8} \\ \eta &= 1 \\ \eta' &= 0 \\ \eta'' &= \frac{1}{2} \\ \eta''' &= \frac{1}{2}z - \frac{1}{4} \\ \eta'''' &= \frac{1}{2} \\ Z &= z^6 - \frac{7}{4}z^4 + \frac{1}{4}zz - \frac{3}{8}; & q' &= 1 \\ Z' &= z^4 - \frac{7}{2}z^2 + \frac{1}{2} & q'' &= \frac{1}{2} \\ Z'' &= -\frac{7}{2}z + \frac{1}{2} & q''' &= -\frac{7}{2} \\ Z''' &= -\frac{7}{2} & q'''' &= -\frac{7}{2} \end{aligned}$$

Hinc tandem derivatur functio integra fractioni propositae aequalens:

$$-\frac{1}{8}z^4 - \frac{1}{2}zz + \frac{7}{8}$$

13.

Ad determinandum gradum praecisionis, qua formula nostra integralis  $RA + R'A' + R''A'' + \text{etc.} + R^{(n)}A^{(n)}$  gaudet, statuamus generaliter

$$Ra^m + R'a'^m + R''a''^m + \text{etc.} + R^{(n)}a^{(n)m} = \frac{1}{m+1} - k^{(m)}$$

ita ut  $k^{(m)}$  sit differentia inter integralis  $\int t^m dt$  a  $t=0$  usque ad  $t=1$  sumti valorem verum atque approximatum. Habebimus itaque, singulis fractionibus in series evolutis,

$$\begin{aligned} & \frac{R}{t-a} + \frac{R'}{t-a'} + \frac{R''}{t-a''} + \text{etc.} + \frac{R^{(n)}}{t-a^{(n)}} \\ & = (1-k)t^{-1} + (\frac{1}{2}-k')t^{-2} + (\frac{1}{3}-k'')t^{-3} + (\frac{1}{4}-k''')t^{-4} + \text{etc.} \\ & = t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} + \text{etc.} - \theta \end{aligned}$$

si statuimus

$$\theta = kt^{-1} + k't^{-2} + k''t^{-3} + k'''t^{-4} + \text{etc.}$$

sive potius (quum iam sciamus,  $k, k', k'', k'''$  etc. usque ad  $k^{(n)}$  sponte evanescere debere)

$$\theta = k^{(n+1)}t^{-(n+2)} + k^{(n+2)}t^{-(n+3)} + k^{(n+3)}t^{-(n+4)} + \text{etc.}$$

Multiplicando per  $T$  fit

$$T\left(\frac{R}{t-a} + \frac{R'}{t-a'} + \frac{R''}{t-a''} + \text{etc.} + \frac{R^{(n)}}{t-a^{(n)}}\right) = T' + T'' - T\theta$$

Pars prior huius aequationis est functio integra ipsius  $t$  ordinis  $n$ , eiusque valores determinati pro  $t = a, t = a', t = a''$  etc. resp. fiunt  $MR, M'R', M''R''$  etc.: quapropter, quum eadem valeant de functione  $T'$ , uti ex ipso modo numeros  $R, R', R''$  etc. determinandi perspicuum est, necessario illa pars prior aequationis identica esse debet cum  $T'$ , adeoque  $T'' = T\theta$ . Oritur itaque  $\theta$  ex evolutione fractionis  $\frac{T''}{T}$ , quo pacto coefficients  $k^{(n+1)}, k^{(n+2)}$  etc. quousque libet determinari poterunt. Quibus inventis correctio valoris nostri approximati integralis  $\int y dt$  erit

$$= k^{(n+1)}K^{(n+1)} + k^{(n+2)}K^{(n+2)} + \text{etc.}$$

si series, in quam evolvitur  $y$ , est

$$y = K + K't + K''tt + K'''t^2 + \text{etc.}$$

14.

Si magis placet, correctionem exprimere per coefficients seriei secundum potestates ipsius  $t - \frac{1}{2}$  progredientis

$$y = L + L'(t - \frac{1}{2}) + L''(t - \frac{1}{2})^2 + L'''(t - \frac{1}{2})^3 + \text{etc.}$$

illa erit

$$= l^{(n+1)} L^{(n+1)} + l^{(n+2)} L^{(n+2)} + l^{(n+3)} L^{(n+3)} + \text{etc.}$$

si generaliter per  $l^{(m)}$  exprimimus correctionem valoris approximati integralis  $\int (t - \frac{1}{2})^m dt$ . Hae correctiones  $l^{(m)}$  cum correctionibus  $k^{(m)}$  nexae erunt per aequationem

$$l^{(m)} = k^{(m)} - \frac{1}{2} m k^{(m-1)} + \frac{1}{4} \cdot \frac{m \cdot m-1}{1 \cdot 2} k^{(m-2)} - \frac{1}{8} \cdot \frac{m \cdot m-1 \cdot m-2}{1 \cdot 2 \cdot 3} k^{(m-3)} + \text{etc.}$$

Quo vero illas independenter eruere possimus, perpendamus, functionem  $\theta$  per substitutionem  $t = \frac{1}{2}u + \frac{1}{2}$  transire in

$$\begin{aligned} & 2k(u^{-1} - u^{-2} + u^{-3} - u^{-4} + \text{etc.}) \\ & + 4k'(u^{-2} - 2u^{-3} + 3u^{-4} - 4u^{-5} + \text{etc.}) \\ & + 8k''(u^{-3} - 3u^{-4} + 6u^{-5} - 10u^{-6} + \text{etc.}) \\ & + 16k'''(u^{-4} - 4u^{-5} + 10u^{-6} - 20u^{-7} + \text{etc.}) \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

sive in

$$\begin{aligned} & 2ku^{-1} + 4(k' - \frac{1}{2})u^{-2} + 8(k'' - \frac{1}{2} \cdot 2k' + \frac{1}{4}k)u^{-3} \\ & + 16(k''' - \frac{1}{2} \cdot 3k'' + \frac{1}{4} \cdot 3k' - \frac{1}{8}k)u^{-4} + \text{etc.} \end{aligned}$$

sive in

$$2lu^{-1} + 4l'u^{-2} + 8l''u^{-3} + 16l'''u^{-4} + \text{etc.}$$

sive denique, quum a priori sciamus,  $l, l', l'', l'''$  etc. usque ad  $l^{(n)}$  sponte evanescere, in

$$2^{n+2} l^{(n+1)} u^{-(n+2)} + 2^{n+3} l^{(n+2)} u^{-(n+3)} + 2^{n+4} l^{(n+4)} u^{-(n+4)} + \text{etc.}$$

At  $\theta = \frac{T''}{T}$ ; quare quum  $T, T''$  per substitutionem  $t = \frac{1}{2}u + \frac{1}{2}$  transeant in  $\frac{U}{2^{n+1}}, \frac{U''}{2^n}$ , (art. 9), functio  $\theta$  per eandem substitutionem transibit in  $\frac{2U''}{U}$ . Quodsi itaque seriem ex evolutione fractionis  $\frac{U''}{U}$  oriundam per  $\Omega$  designamus, erit

$$\Omega = 2^{n+1} l^{(n+1)} u^{-(n+2)} + 2^{n+2} l^{(n+2)} u^{-(n+3)} + 2^{n+3} l^{(n+3)} u^{-(n+4)} + \text{etc.}$$

quo pacto coefficientes  $l^{(n+1)}, l^{(n+2)}$  etc. quousque lubet erui poterunt.

Ita in exemplo art. 10 invenimus

$$\begin{aligned} U'' &= -\frac{1}{1} \frac{1}{3} \frac{1}{2} \frac{6}{5} u^{-1} - \frac{3}{2} \frac{0}{3} \frac{1}{2} \frac{4}{5} u^{-3} - \frac{3}{3} \frac{2}{3} \frac{7}{3} \frac{6}{5} u^{-5} - \text{etc.} \\ \Omega &= -\frac{1}{1} \frac{1}{3} \frac{1}{2} \frac{6}{5} u^{-7} - \frac{8}{2} \frac{3}{3} \frac{2}{2} \frac{4}{5} u^{-9} - \frac{1}{1} \frac{8}{2} \frac{9}{3} \frac{8}{3} \frac{6}{5} u^{-11} - \text{etc.} \end{aligned}$$

adeoque correctio valoris approximati integralis

$$= -\frac{1}{52500}L^VI - \frac{1}{112500}L^VIII - \frac{1}{1375000}L^X - \text{etc.}$$

15.

Coëfficiens  $K^{(m)}$  functionis  $y$  in seriem evolutae fit, per theorema TAYLORI, aequalis valori ipsius

$$\frac{1}{1.2.3\dots m} \cdot \frac{d^m y}{dt^m} \quad \text{sive} \quad \frac{\Delta^m}{1.2.3\dots m} \cdot \frac{d^m y}{dx^m}$$

pro  $t = 0$  sive  $x = g$ ; perinde coëfficiens  $L^{(m)}$  est valor eiusdem expressionis pro  $t = \frac{1}{2}$  sive  $u = 0$  sive  $x = g + \frac{1}{2}\Delta$ : utrique coëfficienti *ordinem*  $m$  tribuemus. Generaliter itaque loquendo integratio nostra usque ad ordinem  $n$  inclus. exacta erit, quicunque valores pro  $a, a', a'' \dots a^{(n)}$  accipiantur. Attamen hinc nihil obstat, quominus pro valoribus harum quantitatum scite electis praecisio ad altiozem gradum evehatur. Ita iam supra vidimus, in methodo CORESII i. e. pro  $a = 0, a = \frac{1}{n}, a' = \frac{2}{n}, a'' = \frac{3}{n}$  etc. praecisionem sponte ad ordinem  $n+1$  inclus. extendi, quoties  $n$  sit numerus par. Generaliter patet, si valores  $a, a', a'', a'''$  etc. ita fuerint electi, ut in functione  $T''$  vel  $U''$  ab initio excidat terminus unus pluresve, praecisionem totidem gradibus ultra ordinem  $n$  promotum iri, quot termini exciderint. Hinc facile colligitur, quum multitudo quantitatum quas eligere conceditur sit  $n+1$ , per idoneam earum determinationem praecisionem semper ad ordinem  $2n+1$  inclus. evehi posse, quo pacto adiumento  $n+1$  terminorum eundem praecisionis ordinem assequi licebit, ad quem attingendum  $2n+1$  vel  $2n+2$  terminos in usum vocare oporteret, si CORESII methodum sequeremur.

16.

Totum hoc negotium in eo vertitur, ut pro quovis valore dato ipsius  $n$  functionem  $T$  eruamus formae  $t^{n+1} + \alpha t^n + \alpha' t^{n-1} + \alpha'' t^{n-2}$  etc. itaque comparatam, ut in producto

$$T(t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} + \text{etc.})$$

evoluto potestates  $t^{-1}, t^{-2}, t^{-3} \dots t^{-(n+1)}$  omnes nanciscantur coëfficientem 0; aut si magis placet, functionem  $U$  formae  $u^{n+1} + \beta u^n + \beta' u^{n-1} + \beta'' u^{n-2} + \text{etc.}$ , cuius productum per  $u^{-1} + \frac{1}{2}u^{-2} + \frac{1}{3}u^{-3} + \frac{1}{4}u^{-4} + \text{etc.}$  liberum evadat a potesta-

tibus  $u^{-1}, u^{-2}, u^{-3}, u^{-4}, \dots, u^{-(n+1)}$ . Modus posterior aliquanto simplicior erit: quum enim facile perspiciatur, coëfficiens ipsius  $U$ , ut conditioni praescriptae satisfiat, alternatim evanescere debere, sive statui  $\delta = 0, \delta'' = 0, \delta''' = 0$  etc., laboris dimidia fere pars iam absoluta censenda erit. Evolvamus casus quosdam simpliciores.

I. Pro  $n = 0$ , coëfficiens unicus ipsius  $t^{-1}$  in producto

$$(t + \alpha)(t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \text{etc.})$$

evanescere debet. Qui quum fiat  $= \frac{1}{2} + \alpha$ , habemus  $\alpha = -\frac{1}{2}$ , sive  $T = t - \frac{1}{2}$ . Perinde  $U = u$ .

II. Pro  $n = 1$ , determinatio ipsius  $T$  pendet a duabus aequationibus

$$\begin{aligned} 0 &= \frac{1}{3} + \frac{1}{2}\alpha + \alpha' \\ 0 &= \frac{1}{4} + \frac{1}{3}\alpha + \frac{1}{2}\alpha' \end{aligned}$$

unde deducimus  $\alpha = -1, \alpha' = +\frac{1}{6}$ , sive  $T = tt - t + \frac{1}{6}$ . Determinatio functionis  $U$  unicam aequationem affert

$$0 = \frac{1}{3} + \delta'$$

unde  $\delta' = -\frac{1}{3}$ , sive  $U = uu - \frac{1}{3}$ .

III. Pro  $n = 2$ , functio  $T$  determinatur adiumento trium aequationum

$$\begin{aligned} 0 &= \frac{1}{4} + \frac{1}{3}\alpha + \frac{1}{2}\alpha' + \alpha'' \\ 0 &= \frac{1}{5} + \frac{1}{4}\alpha + \frac{1}{3}\alpha' + \frac{1}{2}\alpha'' \\ 0 &= \frac{1}{6} + \frac{1}{5}\alpha + \frac{1}{4}\alpha' + \frac{1}{3}\alpha'' \end{aligned}$$

unde nanciscimur  $\alpha = -\frac{3}{2}, \alpha' = \frac{3}{2}, \alpha'' = -\frac{1}{2}$ , adeoque  $T = t^3 - \frac{3}{2}tt + \frac{3}{2}t - \frac{1}{2}$ . Ad determinandam  $U$  unica aequatio sufficit

$$0 = \frac{1}{4} + \frac{1}{3}\delta'$$

unde  $\delta' = -\frac{1}{3}$  sive  $U = u^3 - \frac{1}{3}u$ .

Attamen hunc modum, qui calculos continuo molestiores adducit, hic ulterius non persequemur, sed ad fontem genuinum solutionis generalis progrediemur.



17.

Proposita fractione continua

$$\varphi = \frac{v}{w + \frac{v'}{w' + \frac{v''}{w'' + \frac{v'''}{w'''} + \text{etc.}}}}$$

constat, fractiones continuo magis appropinquantes inveniri per algorithmum sequentem. Formentur duae quantitatum series,  $V, V', V'', V'''$  etc.,  $W, W', W'', W'''$  etc. per hasce formulas

$$\begin{array}{ll} V = 0 & W = 1 \\ V' = v & W' = wW \\ V'' = w'V' + v'V & W'' = w'W' + v'W \\ V''' = w''V'' + v''V' & W''' = w''W'' + v''W' \\ V'''' = w'''V''' + v'''V'' & W'''' = w'''W''' + v'''W'' \end{array}$$

etc. eritque

$$\begin{array}{l} \frac{V}{W} = 0 \\ \frac{V'}{W'} = \frac{v}{w} \\ \frac{V''}{W''} = \frac{v}{w + \frac{v'}{w'}} \\ \frac{V'''}{W'''} = \frac{v}{w + \frac{v'}{w' + \frac{v''}{w''}}} \end{array}$$

et sic porro. Praeterea constat, vel facile ex ipsis aequationibus praecedentibus confirmatur, esse

$$\begin{array}{l} VW' - V'W = -v \\ V'W'' - V''W' = +vv' \\ V''W''' - V'''W'' = -vv'v'' \\ V'''W'''' - V''''W''' = +vv'v''v''' \end{array}$$

etc. Hinc perspicuum est, seriei

$$\frac{v}{W W'} - \frac{v v'}{W' W''} + \frac{v v' v''}{W'' W'''} - \frac{v v' v'' v'''}{W''' W''''} + \text{etc.}$$

terminum primum esse =  $\frac{V'}{W'}$

summam duorum terminorum primorum =  $\frac{V''}{W''}$

summam trium terminorum primorum =  $\frac{V'''}{W'''}$

summam quatuor terminorum primorum =  $\frac{V''''}{W''''}$

et sic porro; quocirca series ipsa vel in infinitum vel usque dum abrumpatur continuata ipsam fractionem continuam  $\varphi$  exprimet. Simul hinc habetur differentia inter  $\varphi$  atque singulas fractiones appropinquantes  $\frac{V'}{W'}$ ,  $\frac{V''}{W''}$ ,  $\frac{V'''}{W'''}$  etc.

E formula 33 art. 14 *Disquisitionum generalium circa seriem infinitam* mutando  $t$  in  $\frac{1}{u}$ , facile obtinemus transformationem seriei

$$\varphi = u^{-1} + \frac{1}{3}u^{-3} + \frac{1}{5}u^{-5} + \frac{1}{7}u^{-7} + \text{etc.}$$

in fractionem continuam sequentem

$$\frac{1}{u - \frac{1}{3}} = \frac{1}{u - \frac{2 \cdot 2}{3 \cdot 5}} = \frac{1}{u - \frac{3 \cdot 3}{5 \cdot 7}} = \frac{1}{u - \frac{4 \cdot 4}{7 \cdot 9}} = \frac{1}{u - \text{etc.}}$$

ita ut habeatur

$$v = 1, v' = -\frac{1}{3}, v'' = -\frac{1^2}{1 \cdot 5}, v''' = -\frac{2^2}{3 \cdot 5}, v'''' = -\frac{1 \cdot 4}{1 \cdot 3 \cdot 5} \text{ etc.}$$

$$w = w' = w'' = w''' = w'''' \text{ etc.} = u.$$

Hinc pro  $V, V', V'', V'''$  etc.  $W, W', W'', W'''$  etc. nanciscimur valores sequentes

$V = 0,$	$W = 1$
$V' = 1,$	$W' = u$
$V'' = u,$	$W'' = uu - \frac{1}{3}$
$V''' = uu - \frac{1^2}{1 \cdot 5},$	$W''' = u^3 - \frac{2}{3}u$
$V'''' = u^3 - \frac{1}{3}u,$	$W'''' = u^4 - \frac{5}{3}uu + \frac{2}{3^2}$
$V^v = u^4 - \frac{1}{3}uu + \frac{6 \cdot 4}{3 \cdot 1 \cdot 5},$	$W^v = u^5 - \frac{1}{3}u^3 + \frac{5}{2 \cdot 1}u$
$V^vii = u^5 - \frac{3 \cdot 4}{3 \cdot 1}u^3 + \frac{1}{3}u,$	$W^vii = u^6 - \frac{1 \cdot 4}{1 \cdot 1}u^4 + \frac{5}{1 \cdot 1}uu - \frac{2 \cdot 5}{2 \cdot 1}$
$V^viii = u^6 - \frac{5 \cdot 4}{3 \cdot 3}u^4 + \frac{2 \cdot 6}{1 \cdot 3}uu - \frac{1 \cdot 5 \cdot 4}{1 \cdot 3 \cdot 1 \cdot 5},$	$W^viii = u^7 - \frac{7 \cdot 4}{1 \cdot 1}u^5 + \frac{1 \cdot 1 \cdot 5}{1 \cdot 1 \cdot 1}u^3 - \frac{3 \cdot 5}{1 \cdot 2 \cdot 9}u \text{ etc.}$

Leviattentione adhibita elucet, singulas  $V, V', V'', V'''$  etc.  $W, W', W'', W'''$  etc. fieri functiones integras indeterminatae  $u$ ; terminum altissimum in  $V^{(m)}$  fieri  $u^{m-1}$ , potestatesque  $u^{m-2}, u^{m-4}, u^{m-6}$  etc. abesse; terminum altissimum vero in  $W^{(m)}$  fieri  $u^m$ , atque abesse potestates  $u^{m-1}, u^{m-3}, u^{m-5}$  etc. Per ea autem, quae supra demonstravimus, erit

$$\varphi = \frac{1}{W W'} + \frac{1}{3 W' W''} + \frac{2 \cdot 2}{3 \cdot 3 \cdot 5 W'' W'''} + \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \cdot 7 W''' W''''} + \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 4}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 7 \cdot 9 W'''' W'''''} + \text{etc.}$$

ac proin generaliter

$$\begin{aligned} \varphi - \frac{V^{(m)}}{W^{(m)}} &= \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots m \cdot m}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2m-1)(2m+1) W^{(m)} W^{(m+1)}} \\ &+ \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots (m+1)(m+1)}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2m+1)(2m+3) W^{(m+1)} W^{(m+2)}} \\ &+ \text{etc.} \end{aligned}$$

Si igitur  $\varphi - \frac{V^{(m)}}{W^{(m)}}$  in seriem descendentem convertitur, eius terminus primus erit

$$= \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots m \cdot m u^{-(2m+1)}}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2m-1)(2m+1)}$$

Productum vero  $\varphi W^{(m)}$  compositum erit e functione integra  $V^{(m)}$  atque serie infinita, cuius terminus primus

$$= \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots m m u^{-(m+1)}}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2m-1)(2m+1)}$$

Hinc igitur sponte inventa est functio  $U$  ordinis  $n+1$ , quae conditioni in art. praec. stabilitae satisfacit, scilicet ut productum  $\varphi U$  liberum evadat a potestatibus  $u^{-1}, u^{-2}, u^{-3} \dots u^{-(n+1)}$ . Scilicet non est alia quam  $W^{(n+1)}$ , simulque patet,  $U'$  aequalem fieri ipsi  $V^{(m+1)}$ , nec non terminum primum ipsius  $U''$  esse

$$= \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots (n+1)(n+1)}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2n+1)(2n+3)} \cdot u^{-(n+2)}$$

Quodsi igitur pro  $b, b', b'' \dots b^{(n)}$  accipiuntur radices aequationis  $W^{(n+1)} = 0$ , valoresque coefficientium  $R, R', R'' \dots R^{(n)}$  per praecepta supra tradita eruuntur, formula nostra integralis praecisione gaudebit ad ordinem  $2n+1$  ascendente, eiusque correctio exprimetur proxime per

$$\frac{1}{2^{2n+2}} \cdot \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots (n+1)(n+1)}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \dots (2n+1)(2n+3)} L^{(2n+2)} = \frac{1 \cdot 1 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots (n+1)(n+1)}{2 \cdot 6 \cdot 6 \cdot 10 \cdot 10 \cdot 14 \dots (4n+2)(4n+6)} L^{(2n+2)}$$

18.

Disquisitiones art. praec. functiones idoneas  $U$  pro singulis valoribus numeri  $n$  invenire quidem docent, sed successive tantum, dum a valoribus minoribus ad maiores transeundum est. Facile autem animadvertimus, has functiones generaliter exprimi per

$$u^{n+1} - \frac{(n+1)n}{2 \cdot (2n+1)} u^{n-1} + \frac{(n+1)n(n-1)(n-2)}{2 \cdot 4 \cdot (2n+1)(2n-1)} u^{n-3} - \frac{(n+1)n(n-1)(n-2)(n-3)(n-4)}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot (2n+1)(2n-1)(2n-3)} u^{n-5} \\ + \text{etc.}$$

sive etiam, si characteristicam  $F$  ad normam commentationis supra citatae utimur, per

$$u^{n+1} F\left(-\frac{1}{2}n, -\frac{1}{2}(n+1), -(n+\frac{1}{2}), u^{-2}\right)$$

Haecce inductio facile in demonstrationem rigorosam convertitur per methodum vulgo notam, aut, si ita videtur, adiumento formulae 19 in comment. cit. Functio  $U$ , si magis placet, etiam ordine terminorum inverso, exprimi potest per

$$\pm \frac{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdots (n+1)}{(n+3)(n+5) \cdots (2n+1)} \cdot u F\left(-\frac{1}{2}n, \frac{1}{2}(n+3), \frac{3}{2}, uu\right)$$

pro  $n$  pari, valente signo superiori vel inferiori, prout  $\frac{1}{2}n$  par est vel impar aut per

$$\pm \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdots n}{(n+2)(n+4) \cdots (2n+1)} F\left(-\frac{1}{2}(n+1), \frac{1}{2}n+1, \frac{1}{2}, uu\right)$$

pro  $n$  impari, valente signo superiori vel inferiori, prout  $\frac{1}{2}(n+1)$  par est vel impar.

Functio  $U'$  expressionem generalem aequae simplicem non admittit: facile tamen ex ipsa genesi quantitatum  $V, V', V''$  etc. colligitur, terminum ultimum ipsius  $U'$  pro  $n$  pari fieri

$$= \pm \frac{2 \cdot 2 \cdot 4 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 6 \cdots n \cdot n}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 11 \cdot 13 \cdots (2n-1)(2n+1)}$$

signo superiori vel inferiori valente, prout  $\frac{1}{2}n$  par est vel impar.

Functio  $U'' = \varphi W^{(n+1)} - V^{(n+1)}$ , cuius terminum primum iam in art. praec. assignare docuimus, etiam per algorithmum recurrentem evolvi potest, quum manifesto generaliter habeatur

$$\varphi W'' - V'' = w'(\varphi W' - V') + v'(\varphi W - V)$$

$$\varphi W''' - V''' = w''(\varphi W'' - V'') + v''(\varphi W' - V')$$

$$\varphi W'''' - V'''' = w'''(\varphi W''' - V''') + v'''(\varphi W'' - V'')$$

etc. adeoque eo quem tractamus casu

$$\varphi W^{(m+2)} - V^{(m+2)} = u(\varphi W^{(m+1)} - V^{(m+1)}) - \frac{(m+1)^2}{(2m-1)(2m+1)} (\varphi W^{(m)} - V^{(m)})$$

Ita invenimus

$$\begin{aligned} \varphi W - V &= u^{-1} + \frac{1}{3}u^{-3} + \frac{1}{5}u^{-5} + \frac{1}{7}u^{-7} + \text{etc.} \\ \varphi W' - V' &= \frac{1}{3}u^{-2} + \frac{1}{5}u^{-4} + \frac{1}{7}u^{-6} + \frac{1}{9}u^{-8} + \text{etc.} \\ \varphi W'' - V'' &= \frac{1}{4 \cdot 5}u^{-3} + \frac{1}{10 \cdot 5}u^{-5} + \frac{1}{8 \cdot 3}u^{-7} + \frac{1}{2 \cdot 0 \cdot 7 \cdot 9}u^{-9} + \text{etc.} \\ \varphi W''' - V''' &= \frac{1}{1 \cdot 7 \cdot 5}u^{-4} + \frac{1}{3 \cdot 1 \cdot 5}u^{-6} + \frac{1}{1 \cdot 6 \cdot 5}u^{-8} + \frac{1}{7 \cdot 1 \cdot 5}u^{-10} + \text{etc.} \end{aligned}$$

etc. quas series ita quoque exhibere licet

$$\begin{aligned} \varphi W - V &= u^{-1} \left( 1 + \frac{1 \cdot 2}{2 \cdot 3}u^{-2} + \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}{2 \cdot 4 \cdot 3 \cdot 5}u^{-4} + \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}u^{-6} + \text{etc.} \right) \\ \varphi W' - V' &= \frac{1}{3}u^{-2} \left( 1 + \frac{2 \cdot 3}{2 \cdot 5}u^{-4} + \frac{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5}{2 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 7}u^{-6} + \frac{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9}u^{-8} + \text{etc.} \right) \\ \varphi W'' - V'' &= \frac{1}{4 \cdot 5}u^{-3} \left( 1 + \frac{3 \cdot 4}{2 \cdot 7}u^{-4} + \frac{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6}{2 \cdot 4 \cdot 7 \cdot 9}u^{-6} + \frac{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6 \cdot 7 \cdot 8}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 11}u^{-8} + \text{etc.} \right) \\ \varphi W''' - V''' &= \frac{1}{1 \cdot 7 \cdot 5}u^{-4} \left( 1 + \frac{4 \cdot 5}{2 \cdot 9}u^{-2} + \frac{4 \cdot 5 \cdot 6 \cdot 7}{2 \cdot 4 \cdot 9 \cdot 11}u^{-4} + \frac{4 \cdot 5 \cdot 6 \cdot 7 \cdot 8 \cdot 9}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 9 \cdot 11 \cdot 13}u^{-6} + \text{etc.} \right) \end{aligned}$$

etc. Hanc inductionem sequentes habebimus generaliter

$$U'' = \varphi W^{(n+1)} - V^{(n+1)} \text{ aequalem producto ex } \frac{2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 4 \cdot \dots \cdot (n+1) \cdot (n+1)}{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 7 \cdot 9 \cdot \dots \cdot (2n+1) \cdot (2n+3)} u^{-(n+2)}$$

in seriem infinitam

$$1 + \frac{(n+2)(n+3)}{2(2n+5)}u^{-2} + \frac{(n+2)(n+3)(n+4)(n+5)}{2 \cdot 4 \cdot (2n+5)(2n+7)}u^{-4} + \text{etc.}$$

aut si magis placet in  $F(\frac{1}{2}n+1, \frac{1}{2}n+\frac{3}{2}, n+\frac{5}{2}, u^{-2})$ . Haec quoque inductio facillime ad plenam certitudinem evehitur vel per methodum vulgo notam vel ad iumento formulae 19 in commentatione saepius citatae.

19.

Quum sufficiat, functionum  $T, U$  alterutram nosse, posterioris determinationem tamquam simpliciore praetulimus. Quae quemadmodum evolutioni seriei  $u^{-1} + \frac{1}{3}u^{-3} + \frac{1}{5}u^{-5} + \text{etc.}$  in fractionem continuam innixa est, per ratio-cinia similia ex evolutione seriei  $t^{-1} + \frac{1}{2}t^{-2} + \frac{1}{3}t^{-3} + \frac{1}{4}t^{-4} + \text{etc.}$  in fractionem continuam

$$\frac{1}{t - \frac{1}{2}} - \frac{1}{1 - \frac{1}{2}} - \frac{1}{t - \frac{1}{2}} - \frac{1}{1 - \frac{1}{2}} - \frac{1}{t - \frac{1}{2}} - \frac{1}{1 - \frac{1}{2}} - \frac{1}{t - \frac{1}{2}} - \frac{1}{1 - \frac{1}{2}} - \frac{1}{t - \frac{1}{2}} - \frac{1}{1 - \frac{1}{2}} - \text{etc.}$$

derivare potuissemus algorithmum ad determinandam functionem  $T$  pro valoribus successivis numeri  $n$ . Ad eandem vero conclusionem pervenimus perpendendo,  $T$  nihil aliud esse quam  $\frac{U}{2^{n+1}}$  seu  $\frac{W^{(n+1)}}{2^{n+1}}$ , si pro  $u$  scribitur  $2t-1$ , quo pacto functiones successive pro  $T$  adoptandae habebuntur per algorithmum sequentem:

$$\begin{aligned} W &= 1 \\ \frac{1}{2} W' &= t - \frac{1}{2} \\ \frac{1}{4} W'' &= (t - \frac{1}{2}) \cdot \frac{1}{2} W' - \frac{1 \cdot 1}{2 \cdot 6} W = tt - t + \frac{1}{6} \\ \frac{1}{8} W''' &= (t - \frac{1}{2}) \cdot \frac{1}{4} W'' - \frac{2 \cdot 2}{6 \cdot 10} \cdot \frac{1}{2} W' = t^3 - \frac{3}{2} tt + \frac{3}{8} t - \frac{1}{8} \\ \frac{1}{16} W'''' &= (t - \frac{1}{2}) \cdot \frac{1}{8} W''' - \frac{3 \cdot 3}{10 \cdot 14} \cdot \frac{1}{4} W'' = t^4 - 2t^3 + \frac{3}{2} tt - \frac{3}{4} t + \frac{1}{16} \end{aligned}$$

etc. Per inductionem hinc resultat generaliter

$$T = t^{n+1} - \frac{(n+1)^2}{1 \cdot (2n+2)} t^n + \frac{(n+1)^2 \cdot n \cdot n}{1 \cdot 2 \cdot (2n+2)(2n+1)} t^{n-1} - \frac{(n+1)^2 \cdot n \cdot n \cdot (n-1)^2}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot (2n+2)(2n+1) \cdot 2n} t^{n-2} + \text{etc.}$$

sive  $T = t^{n+1} F(-(n+1), -(n+1), -2(n+1), t^{-1})$ , cui inductioni facile est demonstrationis vim conciliare. Si magis arridet,  $T$  ordine terminorum inverso etiam per

$$\pm \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \dots (n+1)}{2 \cdot 6 \cdot 10 \cdot 14 \dots (4n+2)} F(n+2, -(n+1), 1, t)$$

exprimi potest, ubi signum superius valet pro  $n$  impari, inferius pro pari. Simili denique modo generaliter  $T''$  aequalis invenitur producto ex

$$\frac{1 \cdot 1 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 3 \dots (n+1) \cdot (n+1)}{2 \cdot 6 \cdot 6 \cdot 10 \cdot 10 \cdot 14 \dots (4n+2) \cdot (4n+6)} t^{-(n+2)}$$

in seriem infinitam

$$1 + \frac{(n+2)^2}{1 \cdot (2n+4)} t^{-1} + \frac{(n+2)^2 (n+3)^2}{1 \cdot 2 \cdot (2n+4)(2n+5)} t^{-2} + \frac{(n+2)^2 \cdot (n+3)^2 (n+4)^2}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot (2n+4)(2n+5)(2n+6)} t^{-3} + \text{etc.}$$

sive in  $F(n+2, n+2, 2n+4, t^{-1})$

20.

Quum in functione  $U$  potestates  $u^n, u^{n-2}, u^{n-4}$  etc. absint, e radicibus aequationis  $U = 0$  binae semper erunt magnitudine aequales signis oppositae, quibus pro valore pari ipsius  $n$  adhuc associare oportet radicem singularem 0. Inventis radicibus, valores coefficientium  $R, R', R''$  etc. secundum methodum art. 11 habebuntur per functionem integram ipsius  $u$ , quae pro valore impari ipsius  $n$  erit formae

$$\gamma u^{n-1} + \gamma' u^{n-3} + \gamma'' u^{n-5} + \text{etc.}$$

pro valore pari autem, si excluditur coefficientis radici  $u = 0$  respondens, formae

$$\gamma u^{n-2} + \gamma' u^{n-4} + \gamma'' u^{n-6} + \text{etc.}$$

Exemplum art. 12 ipsam hanc reductionem exhibet pro  $n = 6$ . Manifesto igitur valoribus oppositis ipsius  $u$  semper respondent coefficientes aequales. Ceterum in casu eo, ubi  $n$  est par, coefficientis radici  $u = 0$  respondens facile generaliter a priori assignari potest. Habebitur hic coefficientis, si in  $\frac{U'}{\left(\frac{dU}{du}\right)}$  substituitur

$u = 0$ . Valorem numeratoris  $U'$  pro  $u = 0$  iam in art. 18 tradidimus, valor denominatoris autem ibinde erit

$$= \pm \frac{3 \cdot 5 \cdot 7 \dots (n+1)}{(n+3)(n+5) \dots (2n+1)} = \pm \frac{3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 7 \dots (n+1)(n+1)}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 11 \dots (2n+1)}$$

adeoque coefficientis quaesitus

$$= \left( \frac{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \dots n}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \dots (n+1)} \right)^2$$

21.

Functio integra ipsius  $u$  coefficientes  $R, R', R''$  etc. representans in eo quem hic tractamus casu etiam independenter a methodo generali art. 11 erui potest sequenti modo. Differentiando aequationem

$$\varphi - \frac{U'}{U} = \frac{U''}{U}$$

substituendo dein  $\frac{d\varphi}{du} = \frac{1}{1-uu}$ , ac multiplicando per  $UU(uu-1)$ , obtinemus

$$(uu-1)U \frac{dU}{du} - U \left( \frac{dU'}{du} \cdot (uu-1) + U \right) = (uu-1)UU \frac{d\left(\frac{U''}{U}\right)}{du}$$

Termini huius aequationis ad laevam manifesto constituunt functionem integram ipsius  $u$ : itaque necessario in parte ad dextram coefficients potestatum ipsius  $u$  cum exponentibus negativis sese destruere debent.

Sed  $\frac{dU''}{du}$  producit seriem infinitam incipientem a termino

$$-\left(\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot \dots \cdot (n+1)}{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot \dots \cdot (2n+1)}\right)^2 u^{-(2n+4)}$$

qua igitur per  $(uu-1)UU$  multiplicata nihil aliud prodire poterit nisi quantitas constans

$$-\left(\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot \dots \cdot (n+1)}{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot \dots \cdot (2n+1)}\right)^2$$

Hinc colligimus \*)

$$(uu-1)U' \frac{dU}{du} + \left(\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot \dots \cdot (n+1)}{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot \dots \cdot (2n+1)}\right)^2$$

divisibilem esse per  $U$ , quamobrem functioni fractae  $\frac{U'}{\left(\frac{dU}{du}\right)}$ , quae coefficients  $R, R', R''$  etc. suggerit, aequivalebit functio integra

$$-\left(\frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot \dots \cdot (2n+1)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot \dots \cdot (n+1)} U'\right)^2 \cdot (uu-1)$$

Loco huius functionis, quae est ordinis  $2n+2$ , manifestoque solas potestates pares ipsius  $u$  implicat, adoptari poterit residuum ex eius divisione per  $U$  ortum, quod erit ordinis  $n$ , seu  $n-1$ , prout  $n$  par est seu impar. Si vero in casu priori coefficientem eum, qui respondet radici  $u=0$ , excludere malumus, loco illius functionis eius residuum ex divisione per  $\frac{U}{u}$  ortum adoptabimus, quod tantummodo ad ordinem  $n-2$  ascendet.

## 22.

Ut praesto sint, quae ad applicationem methodi hucusque expositae requiruntur, adiungere visum est, pro valoribus successivis numeri  $n$ , valores numericos tum quantitatum  $a, a', a''$  etc., tum coefficientium  $R, R', R''$  etc. ad sedecim figuras computatos, una cum horum logarithmis ad decem figuras.

\*) Simul hinc petitur demonstratio, quod  $U$  cum  $\frac{dU}{du}$  divisorem indeterminatum communem habere nequit, neque adeo aequatio  $U=0$  radices aequales.



I. *Terminus unus, n = 0.*

$$U = u, U' = 1, T = t - \frac{1}{2}, T' = 1.$$

$$a = 0,5$$

$$R = 1$$

Correctio formulae integralis proxime =  $\frac{1}{1\frac{1}{2}}L''$ .

II. *Termini duo, n = 1.*

$$U = uu - \frac{1}{2}, U' = u$$

$$T = tt - t + \frac{1}{6}, T' = t - \frac{1}{2}$$

$$a = 0,2113248654 \ 051871$$

$$a' = 0,7886751345 \ 948129$$

$$R = R' = \frac{1}{2}$$

Correctio proxime =  $\frac{1}{1\frac{1}{2}}L'''$

III. *Termini tres, n = 2.*

$$U = u^3 - \frac{3}{5}u, U' = uu - \frac{1}{5}$$

$$T = t^3 - \frac{3}{2}tt + \frac{3}{2}t - \frac{1}{20}, T' = tt - t + \frac{1}{10}$$

$$a = 0,1127016653 \ 792583$$

$$a' = 0,5$$

$$a'' = 1,8872983346 \ 207417$$

$$R = R'' = \frac{5}{8}$$

$$R' = \frac{1}{2}$$

Correctio proxime =  $\frac{1}{2\frac{1}{8}}L^{VI}$ .

IV. *Termini quatuor, n = 3.*

$$U = u^4 - \frac{4}{5}uu + \frac{3}{5}$$

$$U' = u^3 - \frac{1}{5}u$$

$$T = t^4 - 2t^3 + \frac{3}{2}tt - \frac{3}{2}t + \frac{1}{70}$$

$$T' = t^3 - \frac{3}{2}tt + \frac{1}{2}t - \frac{5}{8}$$

$$a = 0,0694318442 \ 029754$$

$$a' = 0,3300094782 \ 075677$$

$$a'' = 0,6699905217 \ 924323$$

$$a''' = 0,9305681557 \ 970246$$

$$R = R''' = 0,1739274225 \ 687284 \ \log. = 9,2403680612$$

$$R' = R'' = 0,3260725774 \ 312716 \ \log. = 9,5133142764$$

Horum coefficientium expressio generalis =  $\frac{3}{1\frac{3}{4}}uu + \frac{1}{1\frac{1}{8}}$

Correctio proxime =  $\frac{1}{1\frac{1}{8}}L^{VIII}$

V. *Termini quinque, n = 4.*

$$U = u^5 - \frac{1}{2} u^3 + \frac{1}{2} u$$

$$U' = u^4 - \frac{3}{2} u^2 + \frac{1}{2}$$

$$T = t^5 - \frac{1}{2} t^4 + \frac{1}{2} t^3 - \frac{1}{2} t^2 + \frac{1}{2} t - \frac{1}{2}$$

$$T' = t^4 - 2t^3 + \frac{3}{2} t^2 - \frac{1}{2} t + \frac{1}{2}$$

$$a = 0,0469100770 \quad 306680$$

$$a' = 0,2307653449 \quad 471585$$

$$a'' = 0,5$$

$$a''' = 0,7692346550 \quad 528415$$

$$a'''' = 0,9530899229 \quad 693320$$

$$R = R'''' = 0,1184634425 \quad 280945 \quad \log. = 9,0735843490$$

$$R' = R''' = 0,2393143352 \quad 496832 \quad 9,3789687142$$

$$R'' = \frac{1}{2} = 0,2844444444 \quad 444444 \quad 9,4539974559$$

Expressio generalis horum coefficientium, excluso  $R''$ ,

$$- \frac{1}{2} uu + \frac{1}{2}$$

$$\text{Correctio proxime} = \frac{1}{2} L^2$$

VI. *Termini sex, n = 5.*

$$U = u^6 - \frac{1}{2} u^4 + \frac{1}{2} uu - \frac{1}{2}$$

$$U' = u^5 - \frac{2}{3} u^3 + \frac{1}{2} u$$

$$T = t^6 - 3t^5 + \frac{1}{2} t^4 - \frac{1}{2} t^3 + \frac{1}{2} t^2 - \frac{1}{2} t + \frac{1}{2}$$

$$T' = t^5 - \frac{1}{2} t^4 + \frac{1}{2} t^3 - \frac{1}{2} t^2 + \frac{1}{2} t - \frac{1}{2}$$

$$a = 0,0337652428 \quad 984240$$

$$a' = 0,1693953067 \quad 668678$$

$$a'' = 0,3806904069 \quad 584015$$

$$a''' = 0,6193095930 \quad 415985$$

$$a'''' = 0,8306046932 \quad 331322$$

$$a''''' = 0,9662347571 \quad 015760$$

$$R = R''''' = 0,0856622461 \quad 895852 \quad \log. = 8,9327894580$$

$$R' = R'''' = 0,1803807865 \quad 240693 \quad 9,2561902763$$

$$R'' = R''' = 0,2339569672 \quad 863455 \quad 9,3691359831$$

Coëfficientium expressio generalis

$$- \frac{1}{2} u^4 + \frac{1}{2} uu + \frac{1}{2}$$

$$\text{Correctio proxime} = \frac{1}{2} L^3$$

VII. *Termini septem, n = 6.*

$$\begin{aligned}
 U &= u^7 - \frac{7}{1}u^5 + \frac{10}{1}u^3 - \frac{3}{2}u \\
 U' &= u^6 - \frac{5}{1}u^4 + \frac{7}{1}uu - \frac{3}{1} \\
 T &= t^7 - \frac{7}{2}t^6 + \frac{6}{1}t^5 - \frac{1}{2}t^4 + \frac{1}{1}t^3 - \frac{2}{8}tt + \frac{1}{1}t - \frac{1}{1} \\
 T' &= t^6 - 3t^5 + \frac{5}{1}t^4 - \frac{1}{2}t^3 + \frac{1}{2}tt - \frac{2}{2}t + \frac{1}{1} \\
 a &= 0,0254460438 \quad 286202 \\
 a' &= 0,1292344072 \quad 003028 \\
 a'' &= 0,2970774243 \quad 113015 \\
 a''' &= 0,5 \\
 a'''' &= 0,7029225756 \quad 886985 \\
 a''''' &= 0,8707655927 \quad 996972 \\
 a'''''' &= 0,9745539561 \quad 713798 \\
 R &= R'''''' = 0,0647424830 \quad 844348 \quad \log. = 8,8111893529 \\
 R' &= R'''' = 0,1398526957 \quad 446384 \quad 9,1456708421 \\
 R'' &= R''' = 0,1909150252 \quad 525595 \quad 9,2808401093 \\
 R''' &= \frac{2}{1} = 0,2089795918 \quad 367347 \quad 9,3201038766
 \end{aligned}$$

Horum coefficientium,  $R'''$  excluso, expressio generalis

$$-\frac{1}{1}u^4 - \frac{1}{2}uu + \frac{1}{1}$$

Correctio proxime =  $\frac{1}{1}L^{xiv}$

23.

Coronidis loco methodi nostrae efficaciam ob oculos ponemus computando valorem integralis

$$\int \frac{dx}{\log x}$$

ab  $x = 100000$  usque ad  $x = 200000$ .

I. Ex termino uno habemus	$\Delta RA = 8390,394608$
II. Ex terminis duobus fit . . .	$\Delta RA = 4271,810097$
	$\Delta R'A' = 4134,144502$
	$\text{Summa} = 8405,954599$
III. Ex terminis tribus . . . . .	$\Delta RA = 2390,572772$
	$\Delta R'A' = 3729,064270$
	$\Delta R''A'' = 2286,599733$
	$\text{Summa} = 8406,236775$

$$\text{IV. Ex terminis quatuor} \dots \left\{ \begin{array}{l} \Delta R A = 1501,957053 \\ \Delta R' A' = 2763,769240 \\ \Delta R'' A'' = 2711,454637 \\ \Delta R''' A''' = 1429,062040 \\ \hline \text{Summa} = 8406,242970 \end{array} \right.$$

$$\text{V. Ex terminis quinque} \dots \left\{ \begin{array}{l} \Delta R A = 1024,879445 \\ \Delta R' A' = 2041,833335 \\ \Delta R'' A'' = 2386,601133 \\ \Delta R''' A''' = 1980,509616 \\ \Delta R'''' A'''' = 972,419588 \\ \hline \text{Summa} = 8406,243117 \end{array} \right.$$

$$\text{VI. Ex terminis sex} \dots \left\{ \begin{array}{l} \Delta R A = 741,912854 \\ \Delta R' A' = 1545,757256 \\ \Delta R'' A'' = 1976,737668 \\ \Delta R''' A''' = 1950,466223 \\ \Delta R'''' A'''' = 1488,588550 \\ \Delta R^v A^v = 702,780570 \\ \hline \text{Summa} = 8406,243121 \end{array} \right.$$

$$\text{VII. Ex terminis septem} \dots \left\{ \begin{array}{l} \Delta R A = 561,1213804 \\ \Delta R' A' = 1202,0551998 \\ \Delta R'' A'' = 1621,6290819 \\ \Delta R''' A''' = 1753,4212406 \\ \Delta R'''' A'''' = 1584,9790252 \\ \Delta R^v A^v = 1152,0681116 \\ \Delta R^vi A^vi = 530,9690816 \\ \hline \text{Summa} = 8406,2431211 \end{array} \right.$$

E calculis clar. BESSEL valor eiusdem integralis inventus est = 8406,24312.

## A N Z E I G E N.

---

Göttingische gelehrte Anzeigen: 1812 Februar 10.

---

Die logarithmischen und Kreisfunctionen, als die einfachsten Arten der transcendenten Functionen, sind diejenigen, womit sich die Analysten am meisten beschäftigt haben. Sie verdienen diese Ehre sowohl wegen ihres steten Eingreifens in fast alle mathematische Untersuchungen, theoretische und practische, als wegen des fast unerschöpflichen Reichthums an interessanten Wahrheiten, den ihre Theorie darbietet. Weit weniger sind bisher andere transcendenten Functionen bearbeitet, die sich auf jene nicht zurückführen lassen, sondern als eigne höhere Gattungen betrachtet werden müssen, die nur in speciellen Fällen mit jenen zusammenhängen. Und doch sind manche solcher Functionen nicht minder fruchtbar an interessanten Relationen, und daher dem, welcher die Analyse um ihrer selbst willen ehrt, nicht minder wichtig; so wie ihr häufiges Vorkommen bei mancherlei andern Untersuchungen sie dem empfehlen muss, der gern erst nach practischem Nutzen fragt. Professor GAUSS hat sich mit Untersuchungen über dergleichen höhere transcendenten Functionen schon seit vielen Jahren beschäftigt, deren weit ausgedehnte Resultate das Gesagte bestätigen. Einen, verhältnissmässig freilich nur sehr kleinen, Theil derselben, der gleichsam als Einleitung zu einer künftig zu liefernden Reihe von Abhandlungen angesehen werden kann, hat er am 30. Januar unter der Aufschrift

*Disquisitiones generales circa seriem infinitam*

$$1 + \frac{\alpha \cdot 6}{1 \cdot \gamma} x + \frac{\alpha \cdot \alpha + 1 \cdot 6 \cdot 6 + 1}{1 \cdot 2 \cdot \gamma \cdot \gamma + 1} x x + \frac{\alpha \cdot \alpha + 1 \cdot \alpha + 2 \cdot 6 \cdot 6 + 1 \cdot 6 + 2}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot \gamma \cdot \gamma + 1 \cdot \gamma + 2} x^3 + \text{etc.}$$

*Pars prior,*

als eine Vorlesung der königl. Gesellschaft der Wissenschaften übergeben, woraus wir hier die Hauptmomente des Inhalts anzeigen wollen.

Die transscendenten Functionen haben ihre wahre Quelle allemal, offen liegend oder versteckt, im Unendlichen. Die Operationen des Integrirens, der Summationen unendlicher Reihen, der Entwicklung unendlicher Producte, ins Unendliche fortlaufender continuirlicher Brüche, oder überhaupt die Annäherung an eine Grenze durch Operationen, die nach bestimmten Gesetzen ohne Ende fortgesetzt werden — diess ist der eigentliche Boden, auf welchem die transscendenten Functionen erzeugt werden, oder wenn man lieber sich eines andern Bildes bedienen will, diess sind die eigentlichen Wege, auf welchen man dazu gelangt. Zu *einem* Ziele führen gewöhnlich mehrere solcher Wege: die Umstände und die Zwecke, welche man sich vorsetzt, müssen bestimmen, welchen man zuerst oder vorzugsweise wählen will. Die Reihe, welche den Gegenstand gegenwärtiger Abhandlung ausmacht, ist von einer sehr umfassenden Allgemeinheit. Sie stellt, je nachdem die Grössen  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$  (welche nebst  $x$  der Verfasser durch die Benennungen erstes, zweites, drittes, viertes *Element* unterscheidet, so wie er, Kürze halber, die ganze durch die Reihe dargestellte Function mit den Zeichen  $F(\alpha, \beta, \gamma, x)$  bezeichnet) so oder anders bestimmt werden, algebraische, logarithmische, trigonometrische oder höhere transscendente Functionen dar, und man kann behaupten, dass bisher kaum irgend eine transscendente Function von den Analysten untersucht sei, die sich nicht auf diese Reihe zurückführen liesse. Eine grosse Menge von Wahrheiten, welche in Beziehung auf solche schon in Betrachtung gezogene Functionen schon aufgefunden sind, lassen sich aus der allgemeinen Natur der durch unsere Reihen dargestellten Function ableiten, und schon um desswillen würden Untersuchungen darüber die Aufmerksamkeit der Geometer verdienen, obwohl diess nur als Nebensache, und die Eröffnung des Zuganges zu neuen Wahrheiten als Hauptzweck zu betrachten ist. Gegenwärtige Abhandlung enthält nur erst die Hälfte von den allgemeinen Untersuchungen des Verfassers, deren zu grosser Umfang eine Theilung nothwendig machte. Hier gilt eben die Reihe selbst als Ursprung der transscendenten Functionen, welche in dem weitem Verfolg der Arbeit aus einer allgemeiner anwendbaren Quelle werden abgeleitet, und aus einem höheren Gesichtspunkte betrachtet werden. Die erstere Erzeugung macht, ihrer Natur nach, die Einschränkung auf die Fälle nothwendig, wo die Reihe convergirt, also wo das vierte Element  $x$ , positiv oder negativ,

den Werth 1 nicht überschreitet: die andere Erzeugungsart wird diese Beschränkung wegräumen. Allein eben die erstere Erzeugungsart führt schon zu einer Menge merkwürdiger Wahrheiten auf einem bequemern und gleichsam mehr elementarischen Wege, und desswegen hat der Verf. damit den Anfang gemacht.

Diese erste Hälfte der Untersuchungen zerfällt in drei Abschnitte, welchen einige allgemeine Bemerkungen voraus geschickt sind. Um eine Probe von der ausgedehnten Anwendbarkeit der Reihe zu geben, sind auf dieselbe zuvörderst 23 verschiedene Reihenentwickelungen algebraischer, logarithmischer und trigonometrischer Functionen zurück geführt, so wie, als ein Beispiel höherer transcendenten Functionen, die Coëfficienten der aus der Entwicklung von  $(aa+bb-2ab\cos\varphi)^n$  entspringenden, nach den Cosinus der Vielfachen von  $\varphi$  fortschreitenden, Reihe, und zwar letztere auf drei verschiedene Arten.

Der *erste Abschnitt* beschäftigt sich mit den Relationen zwischen solchen Reihen von der obigen Form, in welchen die Werthe eines der drei ersten Elemente um eine Einheit verschieden, die Werthe der drei übrigen hingegen gleich sind. Dergleichen Reihen nennt der Verf. *series contiguae*, im Deutschen könnte man sie etwa *verwandte Reihen* nennen. Jeder Reihe  $F(\alpha, \beta, \gamma, x)$  stehen also sechs verwandte zur Seite, nämlich  $F(\alpha+1, \beta, \gamma, x)$ ,  $F(\alpha-1, \beta, \gamma, x)$ ,  $F(\alpha, \beta+1, \gamma, x)$ ,  $F(\alpha, \beta-1, \gamma, x)$ ,  $F(\alpha, \beta, \gamma+1, x)$ ,  $F(\alpha, \beta, \gamma-1, x)$ , und es wird hier gezeigt, dass es zwischen der ersten und je zweien der verwandten eine lineare Gleichung gibt. Funfzehn Gleichungen entspringen auf diese Weise. Es folgt hieraus das wichtige Theorem, dass, wenn  $\alpha' - \alpha$ ,  $\alpha'' - \alpha$ ,  $\beta' - \beta$ ,  $\beta'' - \beta$ ,  $\gamma' - \gamma$ ,  $\gamma'' - \gamma$ , ganze Zahlen sind, auch zwischen  $F(\alpha, \beta, \gamma, x)$ ,  $F(\alpha', \beta', \gamma', x)$ ,  $F(\alpha'', \beta'', \gamma'', x)$ , eine lineare Gleichung Statt findet, und also, allgemein zu reden, aus den Werthen zweier dieser Functionen der Werth der dritten abgeleitet werden kann. Einige der einfachsten oder sonst merkwürdigen Fälle hat der Verf. hier noch besonders zusammengestellt.

Der *zweite Abschnitt* gibt Verwandlungen in continuirliche Brüche, und zwar für die Quotienten

$$\frac{F(\alpha, \beta+1, \gamma+1, x)}{F(\alpha, \beta, \gamma, x)}, \quad \frac{F(\alpha, \beta+1, \gamma, x)}{F(\alpha, \beta, \gamma, x)}, \quad \frac{F(\alpha-1, \beta+1, \gamma, x)}{F(\alpha, \beta, \gamma, x)}$$

auf welche sich noch drei andere durch die offenbar verstattete Vertauschung der beiden ersten Elemente zurück führen lassen. Von diesen Lehrsätzen sind fast alle bisher bekannte Entwickelungen in continuirliche Brüche nur specielle Fälle.

Vorzüglich merkwürdig ist der Fall, wo man in der zweiten Entwicklung  $\delta = 0$  setzt. Es folgt daraus ein Lehrsatz, welchen wir seiner umfassenden Anwendbarkeit wegen hier beifügen. Die Function  $F(\alpha, 1, \gamma, x)$  oder, was einerlei ist, die Reihe

$$1 + \frac{\alpha}{\gamma} x + \frac{\alpha \cdot \alpha + 1}{\gamma \cdot \gamma + 1} x^2 + \frac{\alpha \cdot \alpha + 1 \cdot \alpha + 2}{\gamma \cdot \gamma + 1 \cdot \gamma + 2} x^3 + \text{etc.}$$

gibt den continuirlichen Bruch

$$\frac{1}{1 - \frac{ax}{1 - \frac{bx}{1 - \frac{cx}{1 - \frac{dx}{1 - \text{etc.}}}}}}}$$

wo die Coëfficienten  $a, b, c, d$  etc. nach folgendem Gesetze fortschreiten:

$$\begin{aligned} a &= \frac{\alpha}{\gamma} & b &= \frac{\gamma - \alpha}{\gamma(\gamma + 1)} \\ c &= \frac{(\alpha + 1)\gamma}{(\gamma + 1)(\gamma + 2)} & d &= \frac{2(\gamma + 1 - \alpha)}{(\gamma + 2)(\gamma + 3)} \\ e &= \frac{(\alpha + 2)(\gamma + 1)}{(\gamma + 3)(\gamma + 4)} & f &= \frac{3(\gamma + 2 - \alpha)}{(\gamma + 4)(\gamma + 5)} \text{ u. s. f.} \end{aligned}$$

Hiernach lassen sich z. B. die Potenz eines Binomium, die Reihen für  $\log(1+x)$ ,  $\log \frac{1+x}{1-x}$ , für Exponentialgrössen, für den Bogen durch die Tangente oder durch den Sinus u. a. in unendliche continuirliche Brüche verwandeln. Auch beruhen hierauf die in der *Theoria motus corporum coelestium* gegebenen Verwandlungen in solche Brüche, deren Beweise hier von dem Verfasser nachgeholt werden.

Bei weitem den grössten Theil der Abhandlung nimmt der *dritte Abschnitt* ein, in welchem von dem Werthe der Reihe gehandelt wird, wenn man das vierte Element  $= 1$  setzt. Nachdem zuvor mit geometrischer Schärfe bewiesen, dass die Reihe für  $x = 1$  nur dann zu einer endlichen Summe convergire, wenn  $\gamma - \alpha - \delta$  eine positive Grösse ist, führt der Verf. diese Summe, oder  $F(\alpha, \delta, \gamma, 1)$  auf den Ausdruck  $\frac{\Pi(\gamma-1) \cdot \Pi(\gamma-\alpha-\delta-1)}{\Pi(\gamma-\alpha-1) \cdot \Pi(\gamma-\delta-1)}$  zurück, wo die Charakteristik  $\Pi$  eine eigene Art transcendenten Functionen andeutet, deren Erzeugung der Verf. auf ein unendliches Product gründet. Diese in der ganzen Analyse höchst wichtige Function ist im Grunde nichts anders als EULERS inexplicable Function

$$\Pi z = 1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot \dots \cdot z$$



allein *diese* Erzeugungsart oder Definition ist, nach des Verf. Urtheil, durchaus unstatthaft, da sie nur für ganze positive Werthe von  $z$  einen klaren Sinn hat. Die vom Verf. gewählte Begründungsart ist allgemein anwendbar, und gibt selbst bei imaginären Werthen von  $z$  einen eben so klaren Sinn, wie bei reellen, und man läuft dabei durchaus keine Gefahr, auf solche Paradoxen und Widersprüche zu gerathen, wie ehemals Hr. KRAMP bei seinen numerischen Facultäten, die sich, wie man leicht zeigen kann, auf obige Function zurückführen lassen, aber zur Aufnahme in die Analyse weniger geeignet scheinen, als diese, da jene von drei Grössen abhängig sind, diese nur von Einer abhängt, und doch als eben so allgemein betrachtet werden muss. Der Verf. wünscht dieser transscendenten Function  $\Pi z$  in der Analyse das Bürgerrecht gegeben zu sehen, wozu vielleicht die Wahl eines eigenen Namens für dieselbe am beförderlichsten sein würde: das Recht dazu mag demjenigen vorbehalten bleiben, der die wichtigsten Entdeckungen in der Theorie dieser der Anstrengungen der Geometer sehr würdigen Function machen wird. Hier ist von dem Verf. bereits eine bedeutende Anzahl merkwürdiger, sie betreffender, Theoreme zusammen gestellt, wovon ein Theil als neu zu betrachten ist. Der Raum verstattet uns nicht, in das Detail derselben hier einzugehen: nur das eine heben wir davon aus, dass der Werth des Integrals  $\int x^{\lambda-1} (1-x^\mu)^\nu dx$  von  $x=0$  bis  $x=1$  leicht auf die Function  $\Pi$  zurückgeführt werden kann, und dass alle die von EULER für dergleichen Integrale zum Theil mühsam gefundenen Relationen sich mit grösster Leichtigkeit aus den allgemeinen Eigenschaften jener Functionen ableiten lassen, so wie umgekehrt allemal  $\Pi z$ , wenn  $z$  eine Rationalgrösse ist, sich durch einige solche bestimmte Integrale darstellen lässt.

Nicht weniger merkwürdig ist die aus der Differentiation von  $\Pi z$  entspringende, gleichfalls transscendente, Function, oder vielmehr

$$\frac{d \log \Pi z}{dz} = \frac{d \Pi z}{\Pi z \cdot dz}$$

welche der Verfasser mit  $\Psi z$  bezeichnet hat, und die gleichfalls eine besondere *Benennung* verdiente. Von den zahlreichen merkwürdigen Eigenschaften dieser Function, welche in der Abhandlung aufgestellt sind, führen wir hier nur die Eine an, dass allgemein  $\Psi z - \Psi 0$ , wenn  $z$  eine rationale Grösse ist, auf Logarithmen und Kreisfunctionen zurückgeführt werden kann;  $\Psi 0$  selbst aber ist die bekannte, von EULER und Andern untersuchte, Zahl  $0,5772156649 \dots$  negativ genommen, welche der Verfasser hier, nach einer von ihm selbst geführten Rech-

nung, auf 23 Decimalen mittheilt, wovon die letzten von MASCHERONI's Bestimmung etwas abweichen. Uebrigens hängen sowohl  $\Pi z$ , als  $\Psi z$ , mit mehreren merkwürdigen Integralen für bestimmte Werthe der veränderlichen Grösse zusammen.

$$\cos(\lambda a + k) = \cos(k + \frac{1}{2}s) \cos(\lambda a - \frac{1}{2}s) - \sin(k + \frac{1}{2}s) \sin(\lambda a - \frac{1}{2}s)$$

$$\sin(\lambda a + k) = \cos(k + \frac{1}{2}s) \sin(\lambda a - \frac{1}{2}s) + \sin(k + \frac{1}{2}s) \cos(\lambda a - \frac{1}{2}s)$$

haud difficile pervenimus ad summationem serierum sequentium

$$\begin{aligned} & \frac{\cos(\lambda a + k)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots} \\ & + \frac{\cos(\lambda b + k)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots} \\ & + \frac{\cos(\lambda c + k)}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots} \\ & + \frac{\cos(\lambda d + k)}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots} + \text{etc.} = U^\lambda \end{aligned}$$

atque

$$\begin{aligned} & \frac{\sin(\lambda a + k)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots} \\ & + \frac{\sin(\lambda b + k)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots} \\ & + \frac{\sin(\lambda c + k)}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots} \\ & + \frac{\sin(\lambda d + k)}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots} + \text{etc.} = V^\lambda. \end{aligned}$$

*Casus primus, si m est impar.*

In hoc casu  $\lambda$  debet esse non numerus integer sed fractione  $\frac{1}{2}$  affectus sive numeri imparis semissis. Ad valores *negativos* ipsius  $\lambda$  non opus est respicere, quum habeatur  $\cos(-\lambda a + k) = \cos(\lambda a - k)$  atque  $\sin(-\lambda a + k) = -\sin(\lambda a - k)$ , adeoque summatio pro valore negativo e summatione pro opposito positivo per solam mutationem ipsius  $k$  in  $-k$  sponte demanat: haec observatio manifesto etiam in casu sequenti valebit. Iam patet facile, pro  $n = 0, 1, \dots, m-2$ , sive pro  $\lambda = -\frac{1}{2}m+1, -\frac{1}{2}m+2, \dots, \frac{1}{2}m-1$ , sive ut valores negativos omittamus, pro  $\lambda = \frac{1}{2}, \frac{3}{2}, \frac{5}{2} \dots, \frac{1}{2}m-1$  fieri tum  $U^\lambda = 0$ , tum  $V^\lambda = 0$ ; porro

$$\begin{aligned} U^{\frac{1}{2}m} &= (2i)^{m-1} \cos(\frac{1}{2}s + k), & V^{\frac{1}{2}m} &= (2i)^{m-1} \sin(\frac{1}{2}s + k) \\ U^{\frac{1}{2}m+1} &= (2i)^{m-1} \{ \cos(\frac{1}{2}s + k + a) + \cos(\frac{1}{2}s + k + b) + \cos(\frac{1}{2}s + k + c) \\ & \quad + \cos(\frac{1}{2}s + k + d) + \text{etc.} \} \\ V^{\frac{1}{2}m+1} &= (2i)^{m-1} \{ \sin(\frac{1}{2}s + k + a) + \sin(\frac{1}{2}s + k + b) + \sin(\frac{1}{2}s + k + c) \\ & \quad + \sin(\frac{1}{2}s + k + d) + \text{etc.} \} \end{aligned}$$

$U^{\frac{1}{2}m+2}$  vel  $V^{\frac{1}{2}m+2}$  aequalem producto ex  $(2i)^{m-1}$  in summam cosinum vel sinuum omnium angulorum, qui oriuntur addendo  $\frac{1}{2}s + k$  cum binis angulorum  $a, b, c, d, \dots$  diversis seu identicis;  $U^{\frac{1}{2}m+3}$  vel  $V^{\frac{1}{2}m+3}$  aequalem producto ex  $(2i)^{m-1}$  in summam cosinum vel sinuum omnium angulorum, qui oriuntur addendo  $\frac{1}{2}s + k$  cum ternis ex iisdem etc. Ceterum vix opus erit admonere, potestatem quantitatis imaginariae  $i$  cum exponents pariter pari fieri  $= +1$ , cum impariter pari  $= -1$ .

*Casus secundus, si m est par.*

In hoc casu  $\lambda$  debet esse numerus integer, fitque pro  $\lambda = 0, 1, 2 \dots, \frac{1}{2}m-1$  tum  $U^\lambda = 0$ , tum  $V^\lambda = 0$ . Porro erit

$$U^{\frac{1}{2}m} = 2^{m-1} i^{m-2} \sin(\frac{1}{2}s + k),$$

$$V^{\frac{1}{2}m} = -2^{m-1} i^{m-2} \cos(\frac{1}{2}s + k);$$

$$U^{\frac{1}{2}m+1} = 2^{m-1} i^{m-2} \{ \sin(\frac{1}{2}s + k + a) + \sin(\frac{1}{2}s + k + b) + \sin(\frac{1}{2}s + k + c) \\ + \sin(\frac{1}{2}s + k + d) + \text{etc.} \}$$

$$V^{\frac{1}{2}m+1} = -2^{m-1} i^{m-2} \{ \cos(\frac{1}{2}s + k + a) + \cos(\frac{1}{2}s + k + b) + \cos(\frac{1}{2}s + k + c) \\ + \cos(\frac{1}{2}s + k + d) + \text{etc.} \}$$

$U^{\frac{1}{2}m+2}$ ,  $U^{\frac{1}{2}m+3}$  etc. aequalis producto ex  $2^{m-1} i^{m-2}$  in summam sinuum omnium angulorum, qui oriuntur addendo  $\frac{1}{2}s + k$  cum binis, ternis etc. angulorum  $a, b, c, \dots$  diversis seu identicis;  $V^{\frac{1}{2}m+2}$ ,  $U^{\frac{1}{2}m+3}$  etc. aequalis producto ex  $-2^{m-1} i^{m-2}$  in summam cosinuum omnium angulorum, qui oriuntur addendo  $\frac{1}{2}s + k$  cum binis, ternis etc. eorundem angulorum.

## 3.

Sit  $X$  functio indeterminatae  $x$  huius formae

$$\alpha + \beta x + \gamma xx + \delta x^3 + \text{etc.}$$

quae non excurrat in infinitum, sed abrumpatur, neque ultra terminum, qui continet  $x^{m-1}$  egrediatur, ita ut multitudo coefficientium non sit maior quam  $m$ . Tunc si pro  $m$  valoribus diversis ipsius  $x$ , puta  $a, b, c, d, \dots$  valores correspondentes ipsius  $X$  sunt cogniti, puta  $= A, B, C, D, \dots$  ex his valor ipsius  $X$  valori alicui alii ipsius  $x$  respondens sequenti modo concinne eruatur. Sit  $t$  valor novus ipsius  $x$ , atque  $T$  valor respondens ipsius  $X$ , ita ut sequentes  $m+1$  aequationes locum habeant

$$A = \alpha + \beta a + \gamma a a + \delta a^3 + \dots$$

$$B = \alpha + \beta b + \gamma b b + \delta b^3 + \dots$$

$$C = \alpha + \beta c + \gamma c c + \delta c^3 + \dots$$

$$D = \alpha + \beta d + \gamma d d + \delta d^3 + \dots$$

etc.

$$T = \alpha + \beta t + \gamma t t + \delta t^3 + \dots$$



Multiplicentur hae aequationes resp. per

$$\frac{1}{(a-b)(a-c)(a-d)\dots(a-t)}$$

$$\frac{1}{(b-a)(b-c)(b-d)\dots(b-t)}$$

$$\frac{1}{(c-a)(c-b)(c-d)\dots(c-t)}$$

$$\frac{1}{(d-a)(d-b)(d-c)\dots(d-t)}$$

etc.

$$\frac{1}{(t-a)(t-b)(t-c)\dots}$$

prodeatque inde per productorum additionem

$$\frac{A}{(a-b)(a-c)(a-d)\dots(a-t)}$$

$$+ \frac{B}{(b-a)(b-c)(b-d)\dots(b-t)}$$

$$+ \frac{C}{(c-a)(c-b)(c-d)\dots(c-t)}$$

$$+ \frac{D}{(d-a)(d-b)(d-c)\dots(d-t)}$$

+ etc.

$$+ \frac{T}{(t-a)(t-b)(t-c)(t-d)\dots} = W$$

Tunc ex art. 1, ubi  $m$  idem denotabat, quod hic nobis est  $m+1$ , facile concludetur, fieri  $W=0$ ; quamobrem multiplicando per  $(t-a)(t-b)(t-c)\dots$  prodit

$$T = \frac{(t-b)(t-c)(t-d)\dots A}{(a-b)(a-c)(a-d)\dots}$$

$$+ \frac{(t-a)(t-c)(t-d)\dots B}{(b-a)(b-c)(b-d)\dots}$$

$$+ \frac{(t-a)(t-b)(t-d)\dots C}{(c-a)(c-b)(c-d)\dots}$$

$$+ \frac{(t-a)(t-b)(t-c)\dots D}{(d-a)(d-b)(d-c)\dots}$$

+ etc.

4.

Formula in art. praec. inventa, ita comparata est, ut sponte sine omni calculo pateat, si pro  $t$  quantitatum  $a, b, c, d..$  aliqua in illa substituatur, valorem respondentem  $A, B, C, D..$  inde prodire. Neque hoc solo respectu sese commendat: certo enim ad usum practicum longe commodissima est, saltem quoties uni-

cus tantum valor ipsius  $X$  e valoribus datis computandus est. Quando plures sunt eruendi, transformatio sequens formulae nostrae nonnunquam praeferri poterit

$$\begin{aligned}
 T = & A + (t-a)\left(\frac{A}{a-b} + \frac{B}{b-a}\right) \\
 & + (t-a)(t-b)\left(\frac{A}{(a-b)(a-c)} + \frac{B}{(b-a)(b-c)} + \frac{C}{(c-a)(c-b)}\right) \\
 & + (t-a)(t-b)(t-c)\left(\frac{A}{(a-b)(a-c)(a-d)} + \frac{B}{(b-a)(b-c)(b-d)}\right. \\
 & \quad \left. + \frac{C}{(c-a)(c-b)(c-d)} + \frac{D}{(d-a)(d-b)(d-c)}\right) \\
 & + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

(quae ex formula art. 3 facillime derivatur, si in hac multitudo quantitatum  $a, b, c, d \dots$  ab una  $a$  ad duas  $a, b$ , inde ad tres  $a, b, c$  etc. successive increscere concipitur et quisque valor ipsius  $T$  hoc modo oriens a sequenti subtrahitur). Ponantur coëfficientes

$$\frac{A}{a-b} + \frac{B}{(b-a)}, \quad \frac{A}{(a-b)(a-c)} + \frac{B}{(b-a)(b-c)} + \frac{C}{(c-a)(c-b)} \text{ etc.} = A', A'' \text{ etc.}$$

porro designetur per  $B', B''$  etc. id, quod fit ex  $A', A''$  etc. si pro  $a, b, c \dots$  resp. scribitur  $b, c, d \dots$  atque pro  $A, B, C \dots$  resp.  $B, C, D \dots$ ; similiter designetur per  $C', C''$  etc. id quod fit ex  $A', A''$  etc., si pro  $a, b, c \dots$  resp. substituitur  $c, d, e \dots$  et pro  $A, B, C \dots$  resp.  $C, D, E \dots$  et sic porro. Tunc habebimus

$$\begin{aligned}
 A' &= \frac{A-B}{a-b}, & B' &= \frac{B-C}{b-c}, & C' &= \frac{C-D}{c-d} \dots \\
 A'' &= \frac{A'-B'}{a-c}, & B'' &= \frac{B'-C'}{b-d}, & C'' &= \frac{C'-D'}{c-e} \dots \\
 A''' &= \frac{A''-B''}{a-d}, & B''' &= \frac{B''-C''}{b-e}, & C''' &= \frac{C''-D''}{c-f} \dots \\
 &\text{etc.}
 \end{aligned}$$

atque

$$T = A + A'(t-a) + A''(t-a)(t-b) + A'''(t-a)(t-b)(t-c) + \dots$$

Multitudo quantitatum  $A', B', C'$  etc. hic computandarum erit  $m-1$ , multitudo quantitatum  $A'', B'', C''$  etc. erit  $m-2$  et sic porro.

## 5.

Sequens quoque mutatio formulae art. 3 non sine fructu in usum vocari poterit. Sit  $\mathfrak{X}$  functio integra arbitraria indeterminatae  $x$ , neque tamen alterioris

quam  $m-1^{\text{ti}}$  ordinis; atque  $\mathfrak{A}, \mathfrak{B}, \mathfrak{C}, \mathfrak{D} \dots \mathfrak{X}$  eius valores pro  $x = a, b, c, d \dots t$  resp. Tunc per art. 1 erit

$$0 = \frac{\mathfrak{A}}{(a-b)(a-c)(a-d) \dots (a-t)} + \frac{\mathfrak{B}}{(b-a)(b-c)(b-d) \dots (b-t)} + \frac{\mathfrak{C}}{(c-a)(c-b)(c-d) \dots (c-t)} + \frac{\mathfrak{D}}{(d-a)(d-b)(d-c) \dots (d-t)} + \text{etc.} + \frac{\mathfrak{X}}{(t-a)(t-b)(t-c)(t-d) \dots}$$

Hinc facile deducitur

$$T = \mathfrak{X} + \frac{(t-b)(t-c)(t-d) \dots}{(a-b)(a-c)(a-d) \dots} (A - \mathfrak{A}) + \frac{(t-a)(t-c)(t-d) \dots}{(b-a)(b-c)(b-d) \dots} (B - \mathfrak{B}) + \frac{(t-a)(t-b)(t-d) \dots}{(c-a)(c-b)(c-d) \dots} (C - \mathfrak{C}) + \frac{(t-a)(t-b)(t-c) \dots}{(d-a)(d-b)(d-c) \dots} (D - \mathfrak{D}) + \text{etc.}$$

Quodsi functio  $\mathfrak{X}$  ita eligitur, ut valores functionis  $X$  hi  $A, B, C, D \dots$  prope per illam repraesententur, hoc lucratur, ut coefficients  $\frac{(t-b)(t-c)(t-d) \dots}{(a-b)(a-c)(a-d) \dots}$  etc. per quantitates parvas multiplicandi sint. Potest etiam pro  $\mathfrak{X}$  quantitas constans assumi, e. g. una ex his  $A, B, C, D \dots$ ; in quo casu pars una e valore ipsius  $T$  excidet. Aut ita determinari potest  $\mathfrak{X}$ , ut duae pluresve harum quantitatum per  $\mathfrak{X}$  repraesententur, in quo casu totidem partes ex  $T$  excident.

6.

Quae praecedunt, suppositioni innituntur, functionem  $X$  ultra potestatem  $x^{m-1}$  non egredi, sive differentiam  $m^{\text{tam}}$  una cum superioribus evanescere, in quo casu methodus interpolationis rigurose vera est. Si vero illa suppositio locum non habet, interpolatio eo tantummodo tendit, ut loco functionis  $X$  functio *simplicissima* eruatur, per quam valoribus propositis  $A, B, C, D \dots$  satisfiat. Iam ut errorem, qui a neglectis differentiis superioribus nascitur, diiudicare possimus,

sint termini in  $X$  post potestatem  $x^{m-1}$  hi  $\mu x^m + \nu x^{m+1} + \text{etc.}$  Erit itaque in art. 3 non  $W = 0$ , sed ut ex art. 1 sequitur,  $W = \mu + \nu(a+b+c+d+\dots+t) + \text{etc.}$  Hinc valori ipsius  $T$  illic tradito adhuc adiaci debet

$$(t-a)(t-b)(t-c)(t-d)\dots \times \{\mu + \nu(a+b+c+d+\dots+t) + \text{etc.}\}$$

7.

Casus in praxi maxime frequens est, ubi  $a, b, c, d\dots$  progressionem arithmetica constituant. Ponendo intervallum = 1, ita ut sit  $b = a+1$ ,  $c = a+2$  etc., formula art. 4 fit

$$\begin{aligned} T &= A \\ &+ (t-1)(B-A) \\ &+ (t-1)(t-2)\left(\frac{C-2B+A}{2}\right) \\ &+ (t-1)(t-2)(t-3)\left(\frac{D-3C+3B-A}{6}\right) \\ &+ \text{etc.} \end{aligned}$$

sive

$$T = A + A'(t-1) + A''(t-1)(t-2) + A'''(t-1)(t-2)(t-3) + \dots$$

ubi  $A', A'', A'''$  etc. computantur per algorithmum sequentem

$$\begin{aligned} A' &= B - A, & B' &= C - B, & C' &= D - C \text{ etc.} \\ 2A'' &= B' - A', & 2B'' &= C' - B', & 2C'' &= D' - C' \text{ etc.} \\ 3A''' &= B'' - A'', & 3B''' &= C'' - B'', & 3C''' &= D'' - C'' \text{ etc.} \end{aligned}$$

etc., quae formula cum vulgata interpolationis formula per differentias omnino convenit.

8.

Si pro satis multis valoribus ipsius  $x$  in serie arithmetica progredientibus  $a, a+1, a+2\dots$  valores respondententes functionis  $X$  cogniti sunt, ut seriem  $m$  valorum successorum ipsius  $x$  ad lubitum eligere liceat ad computum ipsius  $T$ : quaestio oritur, *quosnam* valores ad hunc finem praeferre maxime praestet, siquidem plures quam  $m$  adhibere sive ultra differentiam  $m-1^{\text{tam}}$  egredi nolimus?

Manifesto hoc ita est decidendum, ut error a differentia  $m^{\text{ti}}$  ordinis oriundus fiat quam minimus; hic vero error fit

$$= (t-a)(t-a-1)(t-a-2) \dots (t-a-m+1) \frac{\Delta}{1.2.3\dots m}$$

si adhibentur termini ad  $x = a, a+1, a+2, \dots, a+m-1$  pertinentes, vel

$$= (t-a-1)(t-a-2)(t-a-3) \dots (t-a-m) \frac{\Delta}{1.2.3\dots m}$$

si adhibentur termini ad  $x = a+1, a+2, a+3, \dots, a+m$  pertinentes, vel

$$= (t-a+1)(t-a)(t-a-1) \dots (t-a-m+2) \frac{\Delta}{1.2.3\dots m}$$

si adhibentur termini ad  $x = a-1, a, a+1, \dots, a+m-2$  pertinentes, designando per  $\Delta$  differentiam ordinis  $m^{\text{ti}}$ , quae siquidem ad differentias superiorum ordinum non respicitur, hic tamquam constans considerari potest. Quodsi igitur  $m$  termini ad  $x = a, a+1, a+2, \dots, a+m-1$  pertinentes maxime idonei sunt, ex illis tribus expressionibus prima debet esse minima adeoque sine respectu signi  $t-a <$  vel saltem non  $> t-a-m$ , nec non  $t-a+1 >$  vel saltem non  $< t-a-m+1$ . Ex conditione priora facile deducitur,  $t-a-m$  esse debere quantitatem negativam inter  $-\frac{1}{2}m$  et  $-\infty$  sitam, unde  $t-a$  iacebit inter  $+\frac{1}{2}m$  et  $-\infty$ ; ex conditione posteriore autem erit  $t-a+1$  quantitas positiva atque inter  $\frac{1}{2}m$  et  $+\infty$  sita; quare  $t-a$  iacebit inter  $\frac{1}{2}m-1$  et  $\frac{1}{2}m$ . Hinc sequitur, si  $m$  fuerit numerus par, valores ad interpolationem adhibendos ita eligendos esse, ut prior semissis ab una parte, posterior ab altera termini quaesiti iaceant; si autem  $m$  fuerit impar, termini ii sunt eligendi, quorum medius quaesito iaceat quam proximus. Quoties in hoc casu  $t$  est exacte medius inter duos valores consecutivos ipsius  $x$ , respectu erroris a neglecta differentia  $m^{\text{ti}}$  ordinis generaliter loquendo nihil intererit, sive terminus quaesito praecedens sive sequens pro medio adhibendorum adoptetur.

## 9.

*Exempla.* I. Invenire oporteat  $\log. \sin 24^{\circ}30'$ , si logarithmi sinuum per singulos gradus habentur, ita ut differentiae quartae et superiores negligantur. In hoc itaque casu secundum praecepta art. praec. adhibebimus logarithmos sinuum arcuum  $23^{\circ}, 24^{\circ}, 25^{\circ}, 26^{\circ}$ , quibus per  $A, B, C, D$  designatis provenit per formulam art. 3 logarithmus quaesitus

$$= -\frac{1}{16}A + \frac{2}{16}B + \frac{2}{16}C - \frac{1}{16}D$$

cuius valor numericus ex

$$A = 9,5918780$$

$$B = 9,6093133$$

$$C = 9,6259483$$

$$D = 9,6418420$$

eruitur 9,6177271.5; tabulae dant 9,6177270.

Quodsi hic loco  $\log. \sin 23^\circ$ , logarithmum  $\sin 27^\circ = E = 9,6570468$  adhibuissemus, formula

$$+ \frac{2}{16}B + \frac{1}{16}C - \frac{2}{16}D + \frac{1}{16}E$$

dedisset 9,6177267.375.

Formula art. praec. pro hoc casu dat errorem ex neglecta differentia quarta  $\Delta$  oriundum  $= \frac{1}{16}\Delta$ , si  $A, B, C, D$ , contra  $= -\frac{1}{16}\Delta$ , si  $B, C, D, E$  adhibentur; qui error valori calculato adiacendus est. In exemplo nostro habetur  $\Delta = -0,0000066$ ; correctio hinc calculata utrumque computum cum tabulis conciliat.

II. Sit tempus novilunii 16 Junii 1806 e longitudinibus solis et lunae pro singulis diebus computandum, ita ut differentiarum usque ad quartam incl. ratio habeatur. Habentur in ephemeridibus Parisiensibus pro meridie vero loci sequentes

	longit. solis	longit. lunae
1806 Junii 14	82° 39' 12"	53° 19' 15"
15	83 36 30	67 29 43
16	84 33 48	81 59 52
17	85 31 7	96 44 9
18	86 28 24	111 35 30

Sunt hic valores dati ipsius  $x$  differentiae inter longitudinem solis et lunae, valores respondentes ipsius  $X$  tempora, quae inde a meridie 16 Junii numerabuntur; quaeriturque valor ipsius  $X$  valori  $x = 0$  respondens. Fit igitur

$a = -29^0 19' 57''$	$= -105596''$	$A = -2$
$b = -16 \ 6 \ 47$	$= -58007$	$B = -1$
$c = -2 \ 33 \ 56$	$= -9236$	$C = 0$
$d = +11 \ 13 \ 2$	$= +40382$	$D = +1$
$e = +25 \ 7 \ 6$	$= +90426$	$E = +2$
$t = 0$		

Hinc computatur

$$\frac{(t-b)(t-c)(t-d)(t-e)}{(a-b)(a-c)(a-d)(a-e)} = +0,0149084$$

$$\frac{(t-a)(t-c)(t-d)(t-e)}{(b-a)(b-c)(b-d)(b-e)} = -0,1050660$$

$$\frac{(t-a)(t-b)(t-d)(t-e)}{(c-a)(c-b)(c-d)(c-e)} = +0,9624567$$

$$\frac{(t-a)(t-b)(t-c)(t-e)}{(d-a)(d-b)(d-c)(d-e)} = +0,1434435$$

$$\frac{(t-a)(t-b)(t-c)(t-d)}{(e-a)(e-b)(e-c)(e-d)} = -0,0157429$$

His coefficientibus\*) per  $-2, -1, 0, 1, 2$  resp. multiplicatis, productorum summa fit  $= +0,1872069$ ; quare novilunium erit 16 Junii,  $4^h 29' 34'' 7$  temp. ver. Paris. sive  $4^h 29' 41'' 4$  temp. med.; *Connaissance des tems* habet  $4^h 27' 42''$ .

10.

Sit  $X$  functio arcus indeterminati  $x$  huius formae

$$\alpha + \alpha' \cos x + \alpha'' \cos 2x + \alpha''' \cos 3x + \text{etc.}$$

$$+ \beta' \sin x + \beta'' \sin 2x + \beta''' \sin 3x + \text{etc.}$$

quae non excurrat in infinitum, sed cum  $\cos mx$  et  $\sin mx$  abrumpatur, ita ut multitudo coefficientium (incognitorum) sit  $2m+1$ . Pro totidem valoribus diversis ipsius  $x$ , puta  $a, b, c, d$  etc. dati sint valores respondententes functionis  $X$ , puta  $A, B, C, D \dots$  (Ceterum valores ipsius  $x$ , quorum differentia est periphæria integra sive eius multiplum, manifesto hic pro diversis haberi nequeunt). Ex his datis quaeritur formula pro valore  $T$ , quem functio  $X$  pro quocunque alio valore ipsius  $x$ , puta  $t$  nanciscitur. Habentur itaque  $2m+2$  aequationes

\*) Confirmationi calculi inservit observatio ex art. 5 sine negotio derivanda, summam harum coefficientium esse debere  $= 1$ .

$$A = \alpha + \alpha' \cos a + \alpha'' \cos 2a + \alpha''' \cos 3a + \text{etc.} \\ + \beta' \sin a + \beta'' \sin 2a + \beta''' \sin 3a + \text{etc.}$$

$$B = \alpha + \alpha' \cos b + \alpha'' \cos 2b + \alpha''' \cos 3b + \text{etc.} \\ + \beta' \sin b + \beta'' \sin 2b + \beta''' \sin 3b + \text{etc.}$$

$$C = \alpha + \alpha' \cos c + \alpha'' \cos 2c + \alpha''' \cos 3c + \text{etc.} \\ + \beta' \sin c + \beta'' \sin 2c + \beta''' \sin 3c + \text{etc.}$$

$$D = \alpha + \alpha' \cos d + \alpha'' \cos 2d + \alpha''' \cos 3d + \text{etc.} \\ + \beta' \sin d + \beta'' \sin 2d + \beta''' \sin 3d + \text{etc.}$$

etc.

$$T = \alpha + \alpha' \cos t + \alpha'' \cos 2t + \alpha''' \cos 3t + \text{etc.} \\ + \beta' \sin t + \beta'' \sin 2t + \beta''' \sin 3t + \text{etc.}$$

Multiplicando has aequationes resp. per

$$\frac{1}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots \sin \frac{1}{2}(a-t)}$$

$$\frac{1}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots \sin \frac{1}{2}(b-t)}$$

$$\frac{1}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots \sin \frac{1}{2}(c-t)}$$

$$\frac{1}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots \sin \frac{1}{2}(d-t)}$$

etc.

$$\frac{1}{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}$$

addendoque producta prodeat

$$\frac{A}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots \sin \frac{1}{2}(a-t)}$$

$$+ \frac{B}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots \sin \frac{1}{2}(b-t)}$$

$$+ \frac{C}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots \sin \frac{1}{2}(c-t)}$$

$$+ \frac{D}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots \sin \frac{1}{2}(d-t)}$$

+ etc.

$$+ \frac{T}{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots} = W$$



Tunc ex art. 2, ubi  $m$  idem erat, quod hic est  $2m+2$ , adeoque casus secundus locum habet, fit  $W = 0$ ; quamobrem multiplicando per

$$\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots$$

prodit

$$\begin{aligned} T = & \frac{\sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots} A \\ & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots} B \\ & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots} C \\ & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \dots}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots} D \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

Quum haec formula indefinite pro valore quocunque ipsius  $t$  locum habeat, manifestum est, si producta sinuum in numeratoribus in cosinus sinusque arcuum multiplicium evolvantur, id quod provenit cum

$$\begin{aligned} & \alpha + \alpha' \cos t + \alpha'' \cos 2t + \alpha''' \cos 3t + \text{etc.} \\ & + \beta' \sin t + \beta'' \sin 2t + \beta''' \sin 3t + \text{etc.} \end{aligned}$$

*identicum* esse debere, unde coefficients  $\alpha, \alpha', \beta', \alpha'', \beta''$  etc. innotescunt. Ceterum formula pro  $T$ , ut hic exhibita est, ita est comparata, ut sponte et sine calculo pateat, substitutis pro  $t$  resp.  $a, b, c, d$  etc. valoribus propositis  $A, B, C, D$  etc. probe satisfieri.

#### 11.

Si multitudo valorum datorum  $A, B, C, D$  etc. unitate minor esset, quam supposuimus, puta  $= 2m$ , hi non sufficient ad determinationem  $2m+1$  coefficientium incognitorum, nisi inter eos relatio aliqua cognita fuerit. In hoc itaque casu expressio generalis pro  $T$  aliter exhiberi nequit, nisi ita, ut constantem incognitam implicet. Ratiocinia art. praec. hic adhiberi non possunt, quoniam summatio  $W = 0$ , ex art. 2 petita, suppositioni innixa est, multitudinem quantitatum  $A, B \dots T$  esse parem. Formula quidem in art. praec. pro  $T$  inventa valoribus  $A, B$  etc. generaliter satisfacit, sive horum multitudo par sit sive impar: sed levi attentione perspicitur, ex evolutione productorum e sinibus prodire, in nostro casu, expressionem propositae non similem, sed huius formae

$$\begin{aligned} & \mathfrak{A} \cos \frac{1}{2} t + \mathfrak{A}' \cos \frac{3}{2} t + \mathfrak{A}'' \cos \frac{5}{2} t + \text{etc.} \\ & + \mathfrak{B} \sin \frac{1}{2} t + \mathfrak{B}' \sin \frac{3}{2} t + \mathfrak{B}'' \sin \frac{5}{2} t + \text{etc.} \end{aligned}$$

Quamobrem pro hoc casu viam aliam ingredi oportebit.

Multiplicetur  $X$  per  $\cos(\frac{1}{2}x + k)$ , proditque, si termini ultimi in  $X$  statuuntur  $\alpha^m \cos mx + \beta^m \sin mx$

$$\begin{aligned} & \alpha \cos(\frac{1}{2}x + k) + \frac{1}{2} \alpha' \cos(\frac{3}{2}x + k) + \frac{1}{4} \alpha'' \cos(\frac{5}{2}x + k) + \dots \\ & \quad + \frac{1}{2} \alpha^m \cos((m + \frac{1}{2})x + k) \\ & + \frac{1}{2} \alpha' \cos(\frac{1}{2}x - k) + \frac{1}{4} \alpha'' \cos(\frac{3}{2}x - k) + \frac{1}{4} \alpha''' \cos(\frac{5}{2}x - k) + \dots \\ & \quad + \frac{1}{2} \alpha^m \cos((m - \frac{1}{2})x - k) \\ & \quad + \frac{1}{2} \beta' \sin(\frac{3}{2}x + k) + \frac{1}{4} \beta'' \sin(\frac{5}{2}x + k) + \dots \\ & \quad + \frac{1}{2} \beta^m \sin((m + \frac{1}{2})x + k) \\ & + \frac{1}{2} \beta' \sin(\frac{1}{2}x - k) + \frac{1}{4} \beta'' \sin(\frac{3}{2}x - k) + \frac{1}{4} \beta''' \sin(\frac{5}{2}x - k) + \dots \\ & \quad + \frac{1}{2} \beta^m \sin((m - \frac{1}{2})x - k) \end{aligned}$$

Iam si in hac expressione pro  $x$  successive substituitur  $a, b, c, d \dots t$ , quod inde provenit resp. per

$$\begin{aligned} & \frac{1}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots \sin \frac{1}{2}(a-t)} \\ & \frac{1}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots \sin \frac{1}{2}(b-t)} \\ & \frac{1}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots \sin \frac{1}{2}(c-t)} \\ & \frac{1}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots \sin \frac{1}{2}(d-t)} \\ & \text{etc.} \\ & \frac{1}{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots} \end{aligned}$$

multiplicatur, productorumque aggregatum =  $W$  ponitur: ex iis, quae in art. 2, (in casu priori, ubi  $m$  idem erat, quod hic est  $2m+1$ ) tradidimus, facile sequitur, haberi

$$\begin{aligned} W = & \frac{1}{2} (2i)^{2m} \alpha^m \cos(\frac{1}{2}(a+b+c+d+\dots+t) + k) \\ & + \frac{1}{2} (2i)^{2m} \beta^m \sin(\frac{1}{2}(a+b+c+d+\dots+t) + k) \end{aligned}$$

Ex altera vero parte erit

$$\begin{aligned}
 W = & \frac{A \cos(\frac{1}{2}a + k)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots \sin \frac{1}{2}(a-t)} \\
 & + \frac{B \cos(\frac{1}{2}b + k)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots \sin \frac{1}{2}(b-t)} \\
 & + \frac{C \cos(\frac{1}{2}c + k)}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots \sin \frac{1}{2}(c-t)} \\
 & + \frac{D \cos(\frac{1}{2}d + k)}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots \sin \frac{1}{2}(d-t)} \\
 & + \text{etc.} \\
 & + \frac{T \cos(\frac{1}{2}t + k)}{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}
 \end{aligned}$$

Quodsi iam quantitatem  $k$ , quae prorsus arbitraria est,  $= -\frac{1}{2}t$  ponimus, summam autem  $a + b + c + d + \dots = s$  (exclusa  $t$ ), prodit, multiplicando per  $\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots$

$$\begin{aligned}
 T = & \frac{\sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots} A \cos \frac{1}{2}(t-a) \\
 & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots} B \cos \frac{1}{2}(t-b) \\
 & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \dots} C \cos \frac{1}{2}(t-c) \\
 & + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \dots}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \dots} D \cos \frac{1}{2}(t-d) \\
 & + \text{etc.} \\
 & + 2^{2m-1} i^{2m} \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots \\
 & \quad \times \{ \alpha^m \cos \frac{1}{2}s + \beta^m \sin \frac{1}{2}s \}
 \end{aligned}$$

Circa hanc formulam quasdam adhuc annotationes adiicimus

I. Est  $i^{2m} = +1$ , vel  $-1$ , prout  $m$  par est vel impar.

II. Quum formula indefinite pro quovis valore ipsius  $t$  valeat, necessario, evolutis sinuum productis in sinus et cosinus arcuum multiplicium, cum formula pro  $X$ , si pro  $x$  scribitur  $t$ , identica erit, i. e. cum

$$\begin{aligned}
 & \alpha + \alpha' \cos t + \alpha'' \cos 2t + \text{etc.} \\
 & + \beta' \sin t + \beta'' \sin 2t + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

III. Determinantur itaque omnes coefficients  $\alpha, \alpha', \beta', \alpha'', \beta''$  etc. per quantitates cognitatas, atque unicam incognitam  $\alpha^m \cos \frac{1}{2}s + \beta^m \sin \frac{1}{2}s$ , quamobrem, si qua inter illos relatio insuper datur, omnes ex asse facile poterunt assignari.

## IV. Quodsi autem tantummodo expressio eiusdem formae ut

$$\begin{aligned} &\alpha + \alpha' \cos t + \alpha'' \cos 2t + \text{etc.} \\ &+ \beta' \sin t + \beta'' \sin 2t + \text{etc.} \end{aligned}$$

quaeritur (sive cum hac identica sit, sive non), per quam valores propositi  $A, B, C, D$  etc. represententur, si pro  $t$  resp.  $a, b, c, d$  etc. substituitur: quantitas  $\alpha^m \cos \frac{1}{2}s + \beta^m \sin \frac{1}{2}s$  ex incognita *arbitraria* evadit, quam si placet etiam  $= 0$  statuere licebit; reveraque formula nostra pro  $T$  ita comparata est, ut absque calculo sponte pateat, hacce eam proprietate praeditam esse.

## 12.

Operae pretium erit, transformationem ei analogam, quam in art. 4 explicavimus, etiam ad formulas art. 10 et art. praec., si ibi  $\alpha^m \cos \frac{1}{2}s + \beta^m \sin \frac{1}{2}s = 0$  ponitur, applicare, quo pacto hos duos casus diversos sub formula unica comprehendere licebit. Crescat itaque multitudo quantitatum  $a, b, c, d \dots$  successive ab una  $a$ , ad duas  $a, b$ , deinde ad tres  $a, b, c$  etc.; evolvatur alternis vicibus per artt. 10 et 11 valor, quem  $t$  pro singulis his suppositionibus nanciscitur, tandem quisque valor a proxime sequente subtrahatur, sequenti modo:

$$\begin{aligned} &A \\ &\frac{\sin \frac{1}{2}(t-b)}{\sin \frac{1}{2}(a-b)} A \cos \frac{1}{2}(t-a) + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a)}{\sin \frac{1}{2}(b-a)} B \cos \frac{1}{2}(t-b) \\ &\frac{\sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c)} A + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-c)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c)} B + \frac{\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b)}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b)} C \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

Hic differentia inter valorem primum et secundum fit

$$= \sin \frac{1}{2}(t-a) \cos \frac{1}{2}(t-b) \left\{ \frac{A}{\sin \frac{1}{2}(a-b)} + \frac{B}{\sin \frac{1}{2}(b-a)} \right\}$$

Differentia inter valorem secundum et tertium

$$= \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \left\{ \frac{A \cos \frac{1}{2}(a-c)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c)} + \frac{B \cos \frac{1}{2}(b-c)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c)} + \frac{C}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b)} \right\}$$

Quae operatio si ultra continuatur, facile emergit lex generalis. Scilicet statuendo

$$\begin{aligned}
 A' &= \frac{A}{\sin \frac{1}{2}(a-b)} + \frac{B}{\sin \frac{1}{2}(b-a)} \\
 A'' &= \frac{A \cos \frac{1}{2}(a-c)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c)} + \frac{B \cos \frac{1}{2}(b-c)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c)} + \frac{C}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b)} \\
 A''' &= \frac{A}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d)} + \frac{B}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d)} \\
 &\quad + \frac{C}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d)} + \frac{D}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c)} \\
 A'''' &= \frac{A \cos \frac{1}{2}(a-e)}{\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \sin \frac{1}{2}(a-e)} \\
 &\quad + \frac{B \cos \frac{1}{2}(b-e)}{\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \sin \frac{1}{2}(b-e)} \\
 &\quad + \frac{C \cos \frac{1}{2}(c-e)}{\sin \frac{1}{2}(c-a) \sin \frac{1}{2}(c-b) \sin \frac{1}{2}(c-d) \sin \frac{1}{2}(c-e)} \\
 &\quad + \frac{D \cos \frac{1}{2}(d-e)}{\sin \frac{1}{2}(d-a) \sin \frac{1}{2}(d-b) \sin \frac{1}{2}(d-c) \sin \frac{1}{2}(d-e)} \\
 &\quad + \frac{E}{\sin \frac{1}{2}(e-a) \sin \frac{1}{2}(e-b) \sin \frac{1}{2}(e-c) \sin \frac{1}{2}(e-d)}
 \end{aligned}$$

etc. fiet

$$\begin{aligned}
 T &= A + A' \sin \frac{1}{2}(t-a) \cos \frac{1}{2}(t-b) \\
 &\quad + A'' \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \\
 &\quad + A''' \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \cos \frac{1}{2}(t-d) \\
 &\quad + A'''' \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \\
 &\quad + A'' \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \sin \frac{1}{2}(t-e) \cos \frac{1}{2}(t-f) \\
 &\quad + A'' \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \sin \frac{1}{2}(t-e) \sin \frac{1}{2}(t-f) \\
 &\quad + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

quae progressio ad totidem terminos continuanda est, quot valores functionis  $X$  dati sunt.

Coëfficientes  $A', A'', A''', A''''$  etc. etiam per algorithmum sequentem computari possunt. Designetur per  $B', B'', B''', B''''$  etc. id quod illi resp. fiunt, si

$$a, A, b, B, c, C, d, D \text{ etc.}$$

resp. mutantur in

$$b, B, c, C, d, D, e, E \text{ etc.}$$

Porro transeant

$$A', A'', A''', A'''' \text{ etc. in } C', C'', C''', C'''' \text{ etc. vel in } D', D'', D''', D'''' \text{ etc. etc.}$$

si

$a, A, b, B, c, C, d, D$  etc.

resp. mutantur in

$c, C, d, D, e, E, f, F$  etc.

vel in

$d, D, e, E, f, F, g, G$  etc.  
etc.

Tunc erit

$$\begin{aligned}
 A' &= \frac{A-B}{\sin \frac{1}{2}(a-b)}, & B' &= \frac{B-C}{\sin \frac{1}{2}(b-c)}, & C' &= \frac{C-D}{\sin \frac{1}{2}(c-d)} \text{ etc.} \\
 A'' &= \frac{A' \cos \frac{1}{2}(a-c) - B'}{\sin \frac{1}{2}(a-c)}, & B'' &= \frac{B' \cos \frac{1}{2}(b-d) - C'}{\sin \frac{1}{2}(b-d)} \text{ etc.} \\
 A''' &= \frac{A'' \cos \frac{1}{2}(a-c) + A' \sin \frac{1}{2}(a-c) - B''}{\sin \frac{1}{2}(a-d)}, & B''' &= \frac{B'' \cos \frac{1}{2}(b-d) + B' \sin \frac{1}{2}(b-d) - C''}{\sin \frac{1}{2}(b-e)} \text{ etc.} \\
 A'''' &= \frac{A''' \cos \frac{1}{2}(a-e) - B'''}{\sin \frac{1}{2}(a-e)}, & B'''' &= \frac{B''' \cos \frac{1}{2}(b-f) - C'''}{\sin \frac{1}{2}(b-f)} \text{ etc.} \\
 A^v &= \frac{A'''' \cos \frac{1}{2}(a-e) + A''' \sin \frac{1}{2}(a-e) - B''''}{\sin \frac{1}{2}(a-f)}, & B^v &= \frac{B'''' \cos \frac{1}{2}(b-f) + B''' \sin \frac{1}{2}(b-f) - C''''}{\sin \frac{1}{2}(b-g)} \text{ etc.} \\
 A^vi &= \frac{A^v \cos \frac{1}{2}(a-g) - B^v}{\sin \frac{1}{2}(a-g)}, & B^vi &= \frac{B^v \cos \frac{1}{2}(b-h) - C^v}{\sin \frac{1}{2}(a-h)} \text{ etc.} \\
 & \text{etc.} & & & & 
 \end{aligned}$$

Lex formationis hic satis obvia est, si modo observetur, numeratores in valoribus pro  $A'', A''', A'''', A^v, A^vi$  etc. (valor pro  $A'$  ab hac regula excipiendus est) alternis vicibus e duabus vel tribus partibus constare.

## 13.

**THEOREMA.** Si  $X$  est functio arcus  $x$  formae (F)

$$\begin{aligned}
 &\alpha + \alpha' \cos x + \alpha'' \cos 2x + \alpha''' \cos 3x + \text{etc.} \\
 &+ \beta' \sin x + \beta'' \sin 2x + \beta''' \sin 3x + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

vel huius formae (G)

$$\begin{aligned}
 &\gamma \cos \frac{1}{2}x + \gamma' \cos \frac{3}{2}x + \gamma'' \cos \frac{5}{2}x + \text{etc.} \\
 &+ \delta \sin \frac{1}{2}x + \delta' \sin \frac{3}{2}x + \delta'' \sin \frac{5}{2}x + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

positoque  $x = a$ , valor functionis  $X$  fit  $= 0$ : erit  $X$  divisibilis per  $\sin \frac{1}{2}(x-a)$ , quotiensque in casu priore formae G, in posteriore formae F.

**Demonstratio.** Casus prior. Si in functione  $X$  pro quavis parte  $\cos nx$  substituitur  $\cos nx - \cos na$ , pro quavis parte  $\sin nx$  autem  $\sin nx - \sin na$ ,

denique pro  $\alpha$ ,  $\alpha - \alpha$  sive 0, manifestum est, partes determinatas hoc modo adiunctas, mutuo se tollere adeoque functionem  $X$  hoc modo non variari. Singulae vero partes ipsius  $X$  nunc per  $\sin \frac{1}{2}(x-a)$  divisibiles erunt, puta

$$\begin{aligned} \frac{\cos nx - \cos na}{\sin \frac{1}{2}(x-a)} &= -2 \sin \left( \left( n - \frac{1}{2} \right) x + \frac{1}{2} a \right) \\ &\quad - 2 \sin \left( \left( n - \frac{3}{2} \right) x + \frac{3}{2} a \right) \\ &\quad - 2 \sin \left( \left( n - \frac{5}{2} \right) x + \frac{5}{2} a \right) \\ &\quad - \text{etc.} \\ &\quad - 2 \sin \left( \frac{1}{2} x + \left( n - \frac{1}{2} \right) a \right) \\ \frac{\sin nx - \sin na}{\sin \frac{1}{2}(x-a)} &= +2 \cos \left( \left( n - \frac{1}{2} \right) x + \frac{1}{2} a \right) \\ &\quad + 2 \cos \left( \left( n - \frac{3}{2} \right) x + \frac{3}{2} a \right) \\ &\quad + 2 \cos \left( \left( n - \frac{5}{2} \right) x + \frac{5}{2} a \right) \\ &\quad + \text{etc.} \\ &\quad + 2 \cos \left( \frac{1}{2} x + \left( n - \frac{1}{2} \right) a \right) \end{aligned}$$

Uterque coefficientis manifesto ad formam  $G$  reduci potest, quamobrem etiam tota  $X$  per  $\sin \frac{1}{2}(x-a)$  divisibilis, quotiensque ad formam  $G$  reducibilis est. Q. E. D.

*Casus posterior.* Si in functione  $X$  pro quavis parte  $\cos nx$  (designante iam  $n$  non ut ante integrum, sed integri imparis semissem) substituitur  $\cos nx - \cos \frac{1}{2}(x-a) \cos na$ , pro quavis parte  $\sin nx$  autem  $\sin nx - \cos \frac{1}{2}(x-a) \sin na$ , manifestum est, partes, quae hoc modo functioni  $X$  accedunt, mutuo se tollere, adeoque  $X$  non variari. Singulae autem partes ipsius  $X$  nunc per  $\sin \frac{1}{2}(x-a)$  divisibiles erunt, puta

$$\begin{aligned} \frac{\cos nx - \cos \frac{1}{2}(x-a) \cos na}{\sin \frac{1}{2}(x-a)} &= -2 \sin \left( \left( n - \frac{1}{2} \right) x + \frac{1}{2} a \right) \\ &\quad - 2 \sin \left( \left( n - \frac{3}{2} \right) x + \frac{3}{2} a \right) \\ &\quad - 2 \sin \left( \left( n - \frac{5}{2} \right) x + \frac{5}{2} a \right) \\ &\quad - \text{etc.} \\ &\quad - 2 \sin \left( x + \left( n - 1 \right) a \right) \\ &\quad - \sin na \\ \frac{\sin nx - \cos \frac{1}{2}(x-a) \sin na}{\sin \frac{1}{2}(x-a)} &= +2 \cos \left( \left( n - \frac{1}{2} \right) x + \frac{1}{2} a \right) \\ &\quad + 2 \cos \left( \left( n - \frac{3}{2} \right) x + \frac{3}{2} a \right) \\ &\quad + 2 \cos \left( \left( n - \frac{5}{2} \right) x + \frac{5}{2} a \right) \\ &\quad + \text{etc.} \\ &\quad + 2 \cos \left( x + \left( n - 1 \right) a \right) \\ &\quad + \cos na \end{aligned}$$

ut per multiplicationem facile confirmatur. Uterque quotiens est formae  $F$ . Quamobrem functio tota  $X$  per  $\sin \frac{1}{2}(x-a)$  divisibilis, quotiensque ad formam  $F$  reducibilis erit. Q. E. D.

## 14.

**THEOREMA.** *Si functio  $X$  formae  $F$  vel  $G$  pro pluribus valoribus diversis\*) ipsius  $x$ , puta  $a, b, c, d$  etc. fit  $= 0$ , per productum*

$$\sin \frac{1}{2}(x-a) \sin \frac{1}{2}(x-b) \sin \frac{1}{2}(x-c) \sin \frac{1}{2}(x-d) \dots$$

*divisibilis, quotiensque vel eiusdem formae erit ut  $X$  vel diversae, prout multitudo valorum  $a, b, c, d \dots$  par est vel impar.*

*Demonstr.* Ponatur  $X = X' \sin \frac{1}{2}(x-a)$ , sitque  $M$  valor ipsius  $X'$  pro  $x = b$ . Hinc  $M \sin \frac{1}{2}(b-a)$  erit valor ipsius  $X$  pro  $x = b$ , qui quum esse debeat  $= 0$ , necessario erit  $M = 0$ . Quare  $X'$  divisibilis erit per  $\sin \frac{1}{2}(x-b)$  et simili ratione quotiens hinc oriundus per  $\sin \frac{1}{2}(x-c)$ , et sic porro. Quare  $X$  divisibilis erit per productum

$$\sin \frac{1}{2}(x-a) \sin \frac{1}{2}(x-b) \sin \frac{1}{2}(x-c) \sin \frac{1}{2}(x-d) \dots \text{ Q. E. D.}$$

Altera theorematis pars tam obvia est, ut demonstratione opus non sit.

Ceterum aequae obvium est theorema inversum, si  $X$  per productum

$$\sin \frac{1}{2}(x-a) \sin \frac{1}{2}(x-b) \sin \frac{1}{2}(x-c) \sin \frac{1}{2}(x-d) \dots$$

divisibilis sit, ipsius valorem fieri  $= 0$ , si ipsi  $x$  aliquis valorum  $a, b, c, d$  etc. tribuatur.

## 15.

Ex theoremate praec. sequitur, si functionis  $X$ , formae  $F$ , valores pro  $x = a, b, c, d$  etc. resp. sint  $A, B, C, D$  etc., quamvis aliam similem functionem arcus  $x$ , quae iisdem valoribus satisficiat, sub formula  $X + PY$  contentam esse debere, ubi per  $P$  designamus productum

$$\sin \frac{1}{2}(x-a) \sin \frac{1}{2}(x-b) \sin \frac{1}{2}(x-c) \sin \frac{1}{2}(x-d) \text{ etc.}$$

per  $Y$  autem functionem indefinitam arcus  $x$ , quae sit vel formae  $F$  vel formae

\*) Adiecta eadem restrictione, quam in art. 10 exhibuimus.



$G$ , prout multitudo valorum  $a, b, c, d$  etc., quam per  $\mu$  designabimus, par est vel impar. Iam observamus:

I. In artt. 10, 11, 12 eruere docuimus functionem  $X$  ordinis  $m^{\text{ti}}$  (i. e. ultra  $\cos mx$  et  $\sin mx$  non progredientem), quae  $\mu$  valoribus propositis  $A, B, C, D$  etc. satisfaciat, ita ut  $m$  sit  $= \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$ , vel  $\frac{1}{2}\mu$ , prout  $\mu$  impar est vel par. Productum  $P$  manifesto est ordinis  $\frac{1}{2}\mu^{\text{ti}}$ . Quando itaque  $\mu$  impar est, adeoque  $Y$  vel ordinis  $\frac{1}{2}^{\text{ti}}$ , vel altioris, erit  $PY$  ordinis ad minimum  $\frac{1}{2}\mu + \frac{1}{2}^{\text{ti}}$  adeoque ordinis altioris quam  $X$ , unde colligitur, functiones alias quam  $X$ , quae iisdem valoribus propositis satisfaciant, non dari, nisi ordinis altioris. Quando vero  $\mu$  est par,  $PY$  tunc tantummodo fit ordinis  $\frac{1}{2}\mu^{\text{ti}}$ , si pro  $Y$  accipitur quantitas definita; quare in hoc casu infinite multae quidem functiones similis formae et ordinis ut  $X$  dantur, quae iisdem valoribus satisfaciunt, omnes autem sub forma  $X + hP$  comprehensae erunt, designante  $h$  quantitatem definitam. Eaedem conclusiones ex methodo, per quam in artt. 10, 11 functionem  $X$  derivavimus, sponte sequuntur.

II. Vice versa autem, si quae functio  $X'$  aliunde innotuisset, quae omnibus quidem valoribus propositis  $A, B, C, D$  etc. satisfacit, sed ad altiore quam opus est ordinem ascendit, functionem  $Y$  ita determinare licebit, ut  $X' + PY$  ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}^{\text{tum}}$  vel  $\frac{1}{2}\mu^{\text{tum}}$  (prout  $\mu$  impar est vel par) deprimatur. Sint termini summi in  $X'$ ,  $K \cos nx + L \sin nx$ ; in  $P$ ,  $k \cos \frac{1}{2}\mu x + l \sin \frac{1}{2}\mu x$ , accipianturque pro terminis summis in  $Y$  hi

$$\rho = -\frac{2(Kk + Ll)}{kk + ll} \cos(n - \frac{1}{2}\mu)x + \frac{2(Kl - Lk)}{kk + ll} \sin(n - \frac{1}{2}\mu)x$$

Hinc calculo facto inveniatur, coefficients ipsorum  $\cos nx$  et  $\sin nx$  in  $X' + PY$  fieri  $= 0$ , siquidem fuerit  $n > \frac{1}{2}\mu$ ; similique modo ex terminis summis functionis evolutae  $X' + P\rho$  (qui erunt ordinis  $n - 1^{\text{ti}}$ ) definientur termini proxime inferiores in  $Y$  (ordinis  $n - \frac{1}{2}\mu - 1^{\text{ti}}$ ). Haec operatio eousque repetenda erit, donec  $X' + PY$  depressa sit ad ordinem non altiore quam  $\frac{1}{2}\mu$ , adeoque ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}^{\text{tum}}$ , quando  $\mu$  impar est, ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu^{\text{tum}}$ , quando  $\mu$  par est. Ulterius hanc depressionem non patere, nullo negotio perspicitur.

III. In casu itaque priore (quando  $\mu$  impar est) hoc modo necessario ad eandem functionem  $X$  pervenimus, quam per methodum supra traditam e valoribus datis  $A, B, C, D$  etc. eruissemus. In casu posteriore autem methodus modo exposita suppeditat functionem, quae quidem eiusdem ordinis erit, cuius est functio, per methodum art. 12, sive per methodum art. 11, si terminus ultimus

$= 0$  ponitur, oriunda, attamen ab hac diversa esse potest. Sit functio illa  $X''$ , haec  $X'''$ ; adeoque  $X''' = X'' + hP$ , designante  $h$  quantitatem definitam. Ponamus terminos summos in  $X''$  esse  $K' \cos \frac{1}{2} \mu x + L' \sin \frac{1}{2} \mu x$ ; in  $X'''$  autem  $K'' \cos \frac{1}{2} \mu x + L'' \sin \frac{1}{2} \mu x$ , ita ut sit  $K'' = K' + hk$ ,  $L'' = L' + hl$ . Iam non difficile est, ex art. 11 vel ex art. 12 demonstrare, si aggregatum  $a + b + c + d + \text{etc.}$  designetur per  $s$ , esse  $K'' \cos \frac{1}{2} s + L'' \sin \frac{1}{2} s = 0$ , unde deducitur

$$h = - \frac{K' \cos \frac{1}{2} s + L' \sin \frac{1}{2} s}{k \cos \frac{1}{2} s + l \sin \frac{1}{2} s}$$

$$K'' = \frac{K'l - L'k}{k \cos \frac{1}{2} s + l \sin \frac{1}{2} s} \sin \frac{1}{2} s$$

$$L'' = - \frac{K'l - L'k}{k \cos \frac{1}{2} s + l \sin \frac{1}{2} s} \cos \frac{1}{2} s$$

Haud difficiliter demonstratur, esse

$$k = \pm \frac{\cos \frac{1}{2} s}{2^{\mu-1}}, \quad l = \pm \frac{\sin \frac{1}{2} s}{2^{\mu-1}}$$

ubi signum superius valet, quando  $\frac{1}{2} \mu$  est par, inferius, quando est impar. Quare in valoribus modo traditis pro  $K''$  et  $L''$  denominator fit  $= \pm \frac{1}{2^{\mu-1}}$  adeoque

$$K'' = (K' \sin \frac{1}{2} s - L' \cos \frac{1}{2} s) \sin \frac{1}{2} s$$

$$L'' = -(K' \sin \frac{1}{2} s - L' \cos \frac{1}{2} s) \cos \frac{1}{2} s$$

## 16.

Hactenus tales functiones consideravimus, in quibus tum cosinus tum sinus adsunt: saepissime vero aut hi aut illi absunt, quae functionum genera seorsim tractare conveniet. Utrumque quidem casum ad casum generalem hucusque consideratum reducere liceret; attamen etiam magis e re esse videtur, hanc disquisitionem ad problema art. 3 reducere.

*Primo*, si constat, omnes coefficients  $\delta'$ ,  $\delta''$ ,  $\delta'''$  etc. in functione  $X$  (art. 10) esse  $= 0$ , multitudo incognitarum ad  $m+1$  diminuitur, et proin pro tot valoribus diversis ipsius  $x$  valores respondententes functionis  $X$  novisse sufficit. Quoniam vero in hoc casu valor functionis  $X$  non mutatur, si pro  $x$  substituitur  $-x$ , manifestum est, non solum tales valores ipsius  $x$ , quorum differentia peripheriae vel multiplo peripheriae aequalis est, sed tales quoque, quorum summa est 0 vel peripheriae vel multiplo peripheriae aequalis, pro diversis non esse habendos. Aut generaliter, ut duos valores ipsius  $x$  pro diversis habere liceat, cosinus inaequa-

les habere debent. Quibus ita intellectis sint  $m+1$  valores dati functionis  $X$  hi  $A, B, C, D$  etc., valoribus ipsius  $x$  his  $a, b, c, d$  etc. respondentibus, quaeriturque expressio generalis pro valore  $T$ , quem functio pro  $x = 0$  adipiscitur. Quum functionem  $X$  in casu nostro etiam sub formam

$$\gamma + \gamma' \cos x + \gamma''(\cos x)^2 + \gamma'''(\cos x)^3 + \text{etc.} + \gamma^m(\cos x)^m$$

reducere liceat, habebimus per art. 3

$$\begin{aligned} T = & \frac{(\cos t - \cos b)(\cos t - \cos c)(\cos t - \cos d) \dots}{(\cos a - \cos b)(\cos a - \cos c)(\cos a - \cos d) \dots} A \\ & + \frac{(\cos t - \cos a)(\cos t - \cos c)(\cos t - \cos d) \dots}{(\cos b - \cos a)(\cos b - \cos c)(\cos b - \cos d) \dots} B \\ & + \frac{(\cos t - \cos a)(\cos t - \cos b)(\cos t - \cos d) \dots}{(\cos c - \cos a)(\cos c - \cos b)(\cos c - \cos d) \dots} C \\ & + \frac{(\cos t - \cos a)(\cos t - \cos b)(\cos t - \cos c) \dots}{(\cos d - \cos a)(\cos d - \cos b)(\cos d - \cos c) \dots} D \\ & + \text{etc.} \end{aligned}$$

*Secundo*, si omnes coefficientes  $\alpha, \alpha', \alpha'', \alpha'''$  etc. evanescent, multitudo incognitarum erit  $m$ , sufficitque adeo, valores functionis  $X$  pro totidem valoribus diversis ipsius  $x$  novisse. Quum valor functionis  $X$  pro  $x = -t$  ex valore pro  $x = +t$  sponte sequatur (per solam mutationem signi in oppositum), etiam hic tales valores pro diversis haberi nequeunt, unde facile colligitur, hic perinde ut in casu praec. eos tantummodo valores ipsius  $x$  pro diversis agnosci, quorum cosinus sunt inaequales. Praeterea quum valor functionis  $X$  pro  $x = 0, 180^\circ, 360^\circ$  etc. et generaliter pro tali valore ipsius  $x$ , cuius sinus est  $= 0$ , sponte fiat  $= 0$ , adeoque iam ex natura problematis datus sit, talem valorem inter  $m$  datos non numerari supponimus. Iam quum constet, esse

$$\frac{\sin nx}{\sin x} = 2 \cos(n-1)x + 2 \cos(n-3)x + 2 \cos(n-5)x + \dots + 2 \cos x$$

pro valore pari ipsius  $n$ , atque

$$= 2 \cos(n-1)x + 2 \cos(n-3)x + 2 \cos(n-5)x + \dots + 2 \cos 2x + 1$$

pro valore impari ipsius  $n$ , facile concluditur  $\frac{X}{\sin x}$  ad formam

$$\delta + \delta' \cos x + \delta''(\cos x)^2 + \delta'''(\cos x)^3 + \text{etc.} + \delta^{m-1}(\cos x)^{m-1}$$

reduci posse, adeoque, quum valores functionis  $\frac{X}{\sin x}$  pro  $x = a, b, c, d \dots$  fiant  $= \frac{A}{\sin a}, \frac{B}{\sin b}, \frac{C}{\sin c}, \frac{D}{\sin d} \dots$ , haberi per eundem art. 3

$$\begin{aligned}
 T = & \frac{\sin t (\cos t - \cos b) (\cos t - \cos c) (\cos t - \cos d) \dots}{\sin a (\cos a - \cos b) (\cos a - \cos c) (\cos a - \cos d) \dots} A \\
 & + \frac{\sin t (\cos t - \cos a) (\cos t - \cos c) (\cos t - \cos d) \dots}{\sin b (\cos b - \cos a) (\cos b - \cos c) (\cos b - \cos d) \dots} B \\
 & + \frac{\sin t (\cos t - \cos a) (\cos t - \cos b) (\cos t - \cos d) \dots}{\sin c (\cos c - \cos a) (\cos c - \cos b) (\cos c - \cos d) \dots} C \\
 & + \frac{\sin t (\cos t - \cos a) (\cos t - \cos b) (\cos t - \cos c) \dots}{\sin d (\cos d - \cos a) (\cos d - \cos b) (\cos d - \cos c) \dots} D \\
 & + \text{etc.}
 \end{aligned}$$

Ceterum in utroque casu formula pro  $T$  cum functione  $X$  identica erit, mutando  $t$  in  $x$ , quoniam illa indefinite pro valore quocunque ipsius  $t$  valet.

## 17.

E principiis algebraicis facile conclusio petitur, si, pro casu priore art. praec. productum

$$(\cos t - \cos a) (\cos t - \cos b) (\cos t - \cos c) (\cos t - \cos d) \text{ etc.}$$

pro posteriore autem productum

$$\sin t (\cos t - \cos a) (\cos t - \cos b) (\cos t - \cos c) (\cos t - \cos d) \text{ etc.}$$

per  $P$  designetur, quamvis functionem ipsi  $X$  similem, quae iisdem valoribus  $A, B, C, D$  etc. pro  $x = a, b, c, d$  etc. satisfacit, necessario sub forma  $X + PY$  contentam esse debere, ubi  $Y$  est functio indefinita arcus  $x$  formae

$$\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \gamma''' \cos 3x + \text{etc.}$$

Theorema inversum, scilicet quamlibet functionem sub forma  $X + PY$  contentam illis valoribus satisfacere, sponte patet. Porro manifestum est, productum  $P$  esse ordinis  $m + 1^{\text{ti}}$ , adeoque proxime altioris quam  $X$ ; quamobrem alia functio ipsi  $X$  similis quae iisdem valoribus satisfaciatur non datur, nisi ex ordine altiore quam  $X$ .

Vice versa, si quae functio  $X'$ , ipsi  $X$  similis quidem, sed altioris ordinis, aliunde innotuit, quae valoribus datis  $A, B, C, D$  etc. satisfacit, functionem  $Y$ , eius quam tradidimus formae, ita determinare licet, ut  $X' + PY$  ad ordinem

$m^{\text{tum}}$  deprimatur, unde necessario functio  $X$  ipsa, quae e valoribus  $A, B, C, D$  etc. per methodum art. praec. eruitur, prodire debebit. Quum methodus terminum summum functionis  $Y$  atque inde deinceps inferiores evolvendi, tamquam casus specialis e methodo in art. 15, II tradita peti possit, non opus est, huic rei hic diutius inhaerere.

## 18.

Omnes disquisitiones praecedentes superstructae sunt conditioni,  $X$  esse progressionem cum cosinu sinuque arcus  $mx$  abruptam. Quae conditio si locum non habet, tot valores ipsius  $X$ , quot cognitos esse hactenus assumimus, manifesto non sufficiunt ad determinationem completam, expressioque pro  $T$  in variis quos consideravimus casibus tradita, correctione opus habebit, a coefficientibus sequentibus in  $X$  pendente et per summationes artt. 1 et 2 facile assignabili. Quodsi autem series  $X$ , sive in infinitum excurrat sive usquam abrumpatur, tantopere convergit, ut partes post  $\cos mx$  et  $\sin mx$  sequentes pro evanescentibus haberi possint, etiam illam correctionem negligere licebit, adeoque valorem  $T$  saltem proxime verum nacti erimus. Quomodocunque vero haec se habeant,  $T$  certo functionem verae similem simplicissimam exhibet, per quam omnibus valoribus propositis satisfieri potest.

## 19.

Imprimis frequens, maximaque adeo attentione dignus est casus iste, ubi valores arcus  $x$ , pro quibus valores functionis  $X$  dati sunt, progressionem arithmetica constituant, in qua terminorum differentia aequalis est coefficienti, ex divisione peripheriae integrae in totidem partes quot sunt termini orto, ita ut si progressio ultra terminum postremum continuaretur, termini primi peripheria integra aucti rursus deinceps prodituri essent. Postquam itaque disquisitionis generalis praecipua momenta in praecedentibus absolvimus, huncce casum, ubi termini dati quasi *periodum* completam constituunt, coronidis loco seorsim copiosius tractabimus. Antequam vero hanc disquisitionem ipsam aggrediamur, duo lemmata erunt praemittenda.

LEMMA PRIMUM. Si arcus  $a, b, c, d$  etc., quorum multitudo est  $\mu$ , constituunt progressionem arithmetica, in qua terminorum differentia  $b - a = c - b = d - c$  etc. est  $= \frac{360^\circ}{\mu}$ , productum ex  $\mu$  factoribus  $P =$

$$\sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \text{ etc.}$$

$fit = \mp \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)}{2^{\mu-1}}$ , ubi signum superius vel inferius valet, prout  $\mu$  par est vel impar.

*Demonstr.* Potest quidem hoc theorema facile ex alio ab ill. EULERO in *Introd. in Anal. Infin.* I, §. 240 tradito derivari; ne quid vero hic desiderari videatur, demonstrationem aliam paucis hic explicabimus.

I. Si productum  $P$  primo ponitur sub formam

$$\cos \frac{1}{2}(t-a-180^0) \cos \frac{1}{2}(t-b-180^0) \cos \frac{1}{2}(t-c-180^0) \cos \frac{1}{2}(t-d-180^0) \dots$$

atque tunc secundum algorithmum sinuum notum in aggregatum cosinum evolvitur, facile perspicitur, inde prodire functionem vel formae  $F$  vel formae  $G$  (art. 13) ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu^{\text{tum}}$  ascendentem, terminumque *summum* fieri

$$\begin{aligned} &= \frac{1}{2^{\mu-1}} \cos \frac{1}{2}(\mu t - a - b - c - d - \text{etc.} - \mu \times 180^0) \\ &= \frac{1}{2^{\mu-1}} \cos \left( \frac{1}{2}\mu(t-a-360^0) + 90^0 \right) \\ &= -\frac{1}{2^{\mu-1}} \sin \frac{1}{2}\mu(t-a-360^0) \\ &= -\frac{1}{2^{\mu-1}} \sin \frac{1}{2}\mu(t-a) \cos \mu \times 180^0 \\ &= \mp \frac{1}{2^{\mu-1}} \sin \frac{1}{2}\mu(t-a) \end{aligned}$$

signo superiore pro valore pari ipsius  $\mu$  valente, inferiore pro impari.

II. Quum  $\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)$  fiat  $= 0$ , si ipsi  $t$  aliquis valorum  $a, b, c, d$  etc. tribuitur, per theorema art. 14 erit  $\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)$  per productum  $P$  divisibilis; quotiens autem necessario erit quantitas definita  $= h$ , quoniam  $\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)$  et  $P$  eiusdem sunt ordinis. Manifesto autem (per I) ex aequatione  $P = \frac{1}{h} \sin \frac{1}{2}\mu(t-a)$  sequitur esse  $h = \mp 2^{\mu-1}$ , adeoque  $P = \mp \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)}{2^{\mu-1}}$  Q. E. D.

LEMMA SECUNDUM. Si arcus  $a, b, c, d \dots$  eodem modo se habent, ut in *lemmate primo*, productum ex  $\mu$  factoribus

$$(\cos t - \cos a)(\cos t - \cos b)(\cos t - \cos c)(\cos t - \cos d) \dots$$

$$fit = \frac{\cos \mu t - \cos \mu a}{2^{\mu-1}}$$

*Demonstr.* Quum fiat

$$\begin{aligned} \cos t - \cos a &= 2 \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(-t-a) \\ \cos t - \cos b &= 2 \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(-t-b) \\ \cos t - \cos c &= 2 \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(-t-c) \\ \cos t - \cos d &= 2 \sin \frac{1}{2}(t-d) \sin \frac{1}{2}(-t-d) \\ \text{etc.} \end{aligned}$$

productum ex his factoribus fit, per lemma primum

$$\begin{aligned} &= 2^\mu \times \mp \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)}{2^{\mu-1}} \times \mp \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(-t-a)}{2^{\mu-1}} \\ &= \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a) \sin \frac{1}{2}\mu(-t-a)}{2^{\mu-2}} = \frac{\cos \mu t - \cos \mu a}{2^{\mu-1}} \quad \text{Q. E. D.} \end{aligned}$$

Quum habeatur

$$\sin \frac{1}{2}\mu(t-a) = -\sin \frac{1}{2}\mu(t-b) = \sin \frac{1}{2}\mu(t-c) = -\sin \frac{1}{2}\mu(t-d) \text{ etc.}$$

nec non  $\cos \mu a = \cos \mu b = \cos \mu c = \cos \mu d$  etc.: manifestum est, productum in lemmate primo fieri etiam

$$= \pm \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-b)}{2^{\mu-1}} = \mp \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-c)}{2^{\mu-1}} = \pm \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-d)}{2^{\mu-1}} \text{ etc.}$$

nec non productum in lemmate secundo fieri etiam

$$= \frac{\cos \mu t - \cos \mu b}{2^{\mu-1}} = \frac{\cos \mu t - \cos \mu c}{2^{\mu-1}} = \frac{\cos \mu t - \cos \mu d}{2^{\mu-1}} \text{ etc.}$$

20.

Consideremus primo casum generalem art. 10, ubi  $X$  est formae

$$\begin{aligned} &a + a' \cos x + a'' \cos 2x + a''' \cos 3x + \dots + a^{(m)} \cos mx \\ &+ b' \sin x + b'' \sin 2x + b''' \sin 3x + \dots + b^{(m)} \sin mx \end{aligned}$$

atque  $\mu = 2m + 1$ . Hic igitur erit

$$\begin{aligned} &\sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots = \frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a)}{2^{\mu-1} \sin \frac{1}{2}(t-a)} \\ &= \frac{1}{2^{\mu-1}} (1 + 2 \cos(t-a) + 2 \cos 2(t-a) + 2 \cos 3(t-a) + \dots + 2 \cos m(t-a)) \end{aligned}$$

unde substituendo  $a$  pro  $t$

$$\sin \frac{1}{2}(a-b) \sin \frac{1}{2}(a-c) \sin \frac{1}{2}(a-d) \dots = \frac{\mu}{2^{\mu-1}}$$

Hinc in formula art. 10 pro  $T$ , fit coëfficiens ipsius  $A$

$$= \frac{1}{\mu} (1 + 2 \cos(t-a) + 2 \cos 2(t-a) + 2 \cos 3(t-a) + \dots + 2 \cos m(t-a))$$

Simili modo fit

$$\begin{aligned} \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots &= -\frac{\sin \frac{1}{2} \mu(t-b)}{2^{\mu-1} \sin \frac{1}{2}(t-b)} \\ &= -\frac{1}{2^{\mu-1}} (1 + 2 \cos(t-b) + 2 \cos 2(t-b) + 2 \cos 3(t-b) + \dots + 2 \cos m(t-b)) \end{aligned}$$

atque

$$\sin \frac{1}{2}(b-a) \sin \frac{1}{2}(b-c) \sin \frac{1}{2}(b-d) \dots = -\frac{\mu}{2^{\mu-1}}$$

Hinc coëfficiens ipsius  $B$  in formula pro  $T$  fit

$$= \frac{1}{\mu} (1 + 2 \cos(t-b) + 2 \cos 2(t-b) + 2 \cos 3(t-b) + \dots + 2 \cos m(t-b))$$

Prorsus similes erunt coëfficientes ipsorum  $C, D$  etc., unde tandem concluditur, fieri

$$\begin{aligned} T = & \frac{1}{\mu} (A + B + C + D + \dots) \\ & + \frac{2}{\mu} (A \cos a + B \cos b + C \cos c + D \cos d + \dots) \cos t \\ & + \frac{2}{\mu} (A \sin a + B \sin b + C \sin c + D \sin d + \dots) \sin t \\ & + \frac{2}{\mu} (A \cos 2a + B \cos 2b + C \cos 2c + D \cos 2d + \dots) \cos 2t \\ & + \frac{2}{\mu} (A \sin 2a + B \sin 2b + C \sin 2c + D \sin 2d + \dots) \sin 2t \\ & + \text{etc.} \\ & + \frac{2}{\mu} (A \cos ma + B \cos mb + C \cos mc + D \cos md + \dots) \cos mt \\ & + \frac{2}{\mu} (A \sin ma + B \sin mb + C \sin mc + D \sin md + \dots) \sin mt \end{aligned}$$

Quum haec formula cum

$$\alpha + \alpha' \cos t + \beta' \sin t + \alpha'' \cos 2t + \beta'' \sin 2t + \text{etc.} + \alpha^{(m)} \cos mt + \beta^{(m)} \sin mt$$

identica esse debeat, valores coëfficientium  $\alpha, \alpha', \beta', \alpha'', \beta''$  etc. hinc protinus habentur.

## 21.

Si progressio pro  $X$  cum terminis  $\cos mx$  et  $\sin mx$  non abrumpitur, sive in infinitum excurrat, sive finita sit, valor pro  $T$  in art. praec. inventus incom-



pletus erit, itemque valores singulorum coefficientium  $\alpha, \alpha', \beta', \alpha'', \beta''$  etc. ibi traditi correctione opus habebunt. Haec autem commodius per methodum sequentem quam per summationem art. 2 determinatur. Ante omnia observamus, esse

$$\begin{aligned}\cos na + \cos nb + \cos nc + \cos nd + \dots &= \mu \cos na \\ \sin na + \sin nb + \sin nc + \sin nd + \dots &= \mu \sin na\end{aligned}$$

quoties  $n$  est integer per  $\mu$  divisibilis; contra

$$\begin{aligned}\cos na + \cos nb + \cos nc + \cos nd + \dots &= 0 \\ \sin na + \sin nb + \sin nc + \sin nd + \dots &= 0\end{aligned}$$

quoties  $n$  est integer per  $\mu$  non divisibilis. Pro casu priore res per se clara est; pro posteriore sit summa prima  $= P$ , secunda  $= Q$ , unde facile deducitur

$$\begin{aligned}P \cos n(b-a) - Q \sin n(b-a) &= P \\ P \sin n(b-a) + Q \cos n(b-a) &= Q\end{aligned}$$

Multiplicando aequationem primam per  $\cos n(b-a) - 1$ , secundam per  $\sin n(b-a)$ , fit addendo delendoque quae mutuo se destruant

$$2P(1 - \cos n(b-a)) = 0$$

Similiter multiplicando aequationem primam per  $\sin n(b-a)$ , secundam per  $1 - \cos n(b-a)$ , provenit addendo

$$2Q(1 - \cos n(b-a)) = 0$$

Iam pro casu quidem priore (ubi  $n$  per  $\mu$  divisibilis est, et proin  $\cos n(b-a) = 1$ ) hae aequationes identicae sunt, pro posteriore autem (ubi  $n$  per  $\mu$  non est divisibilis, adeoque  $\cos n(b-a) = \cos \frac{n}{\mu} \times 360^\circ$  non potest esse  $= 1$ ) consistere nequeunt, nisi fuerit  $P = 0$  et  $Q = 0$ .

Iam ponamus, post terminos  $\alpha^m \cos mx + \beta^m \sin mx$  in expressione functionis  $X$  sequi

$$\begin{aligned}\alpha^{m+1} \cos(m+1)x + \alpha^{m+2} \cos(m+2)x + \text{etc.} \\ + \beta^{m+1} \sin(m+1)x + \beta^{m+2} \sin(m+2)x + \text{etc.}\end{aligned}$$

valorem vero (incompletum), in suppositione, has partes non adesse, pro  $T$  in art. praec. inventum, esse

$$\begin{aligned} & \gamma + \gamma' \cos t + \gamma'' \cos 2t + \gamma''' \cos 3t + \dots + \gamma^m \cos mt \\ & + \delta' \sin t + \delta'' \sin 2t + \delta''' \sin 3t + \dots + \delta^m \sin mt \end{aligned}$$

ita ut habeatur  $\gamma = \frac{1}{\mu}(A + B + C + D + \text{etc.})$  etc. Substituantur pro  $A, B, C, D$  etc. valores sui, puta

$$\begin{aligned} A &= \alpha + \alpha' \cos a + \alpha'' \cos 2a + \dots + \alpha^m \cos ma + \alpha^{m+1} \cos(m+1)a \dots \\ &+ \delta' \sin a + \delta'' \sin 2a + \dots + \delta^m \sin ma + \delta^{m+1} \sin(m+1)a \dots \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

fietque (per summationem modo traditam)

$$\begin{aligned} \gamma &= \alpha + \alpha^\mu \cos \mu a + \alpha^{2\mu} \cos 2\mu a + \alpha^{3\mu} \cos 3\mu a + \text{etc.} \\ &+ \delta^\mu \sin \mu a + \delta^{2\mu} \sin 2\mu a + \delta^{3\mu} \sin 3\mu a + \text{etc.} \\ \gamma' &= \alpha' + (\alpha^{\mu-1} + \alpha^{\mu+1}) \cos \mu a + (\alpha^{2\mu-1} + \alpha^{2\mu+1}) \cos 2\mu a + \text{etc.} \\ &+ (\delta^{\mu-1} + \delta^{\mu+1}) \sin \mu a + (\delta^{2\mu-1} + \delta^{2\mu+1}) \sin 2\mu a + \text{etc.} \\ \delta' &= \delta' - (\delta^{\mu-1} - \delta^{\mu+1}) \cos \mu a - (\delta^{2\mu-1} - \delta^{2\mu+1}) \cos 2\mu a - \text{etc.} \\ &- (\alpha^{\mu-1} - \alpha^{\mu+1}) \sin \mu a - (\alpha^{2\mu-1} - \alpha^{2\mu+1}) \sin 2\mu a - \text{etc.} \\ \gamma'' &= \alpha'' + (\alpha^{\mu-2} + \alpha^{\mu+2}) \cos \mu a + (\alpha^{2\mu-2} + \alpha^{2\mu+2}) \cos 2\mu a + \text{etc.} \\ &+ (\delta^{\mu-2} + \delta^{\mu+2}) \sin \mu a + (\delta^{2\mu-2} + \delta^{2\mu+2}) \sin 2\mu a + \text{etc.} \\ \delta'' &= \delta'' - (\delta^{\mu-2} - \delta^{\mu+2}) \cos \mu a - (\delta^{2\mu-2} - \delta^{2\mu+2}) \cos 2\mu a - \text{etc.} \\ &- (\alpha^{\mu-2} - \alpha^{\mu+2}) \sin \mu a - (\alpha^{2\mu-2} - \alpha^{2\mu+2}) \sin 2\mu a - \text{etc.} \end{aligned}$$

etc. usque ad

$$\begin{aligned} \gamma^m &= \alpha^m + (\alpha^{\mu-m} + \alpha^{\mu+m}) \cos \mu a + (\alpha^{2\mu-m} + \alpha^{2\mu+m}) \cos 2\mu a + \text{etc.} \\ &+ (\delta^{\mu-m} + \delta^{\mu+m}) \sin \mu a + (\delta^{2\mu-m} + \delta^{2\mu+m}) \sin 2\mu a + \text{etc.} \\ \delta^m &= \delta^m - (\delta^{\mu-m} - \delta^{\mu+m}) \cos \mu a - (\delta^{2\mu-m} - \delta^{2\mu+m}) \cos 2\mu a - \text{etc.} \\ &- (\alpha^{\mu-m} - \alpha^{\mu+m}) \sin \mu a - (\alpha^{2\mu-m} - \alpha^{2\mu+m}) \sin 2\mu a - \text{etc.} \end{aligned}$$

Si itaque progressio tantopere convergit, ut  $\alpha^{m+1}$ ,  $\delta^{m+1}$ ,  $\alpha^{m+2}$ ,  $\delta^{m+2}$  etc. negligi possint, valores  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$  etc. pro veris  $\alpha$ ,  $\alpha'$ ,  $\delta'$  etc. accipere licebit.

## 22.

Transimus ad casum alterum art. 11, ubi progressio **X** quidem eadem manet ut in art. 20, multitudo valorum datorum autem unitate minor est, quam multitudo coefficientium incognitorum, puta  $= 2m = \mu$ . Hic habetur

$$\begin{aligned} & \cos \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots \\ &= -\frac{\sin \frac{1}{2}\mu(t-a) \cos \frac{1}{2}(t-a)}{2^{\mu-1} \sin \frac{1}{2}(t-a)} \\ &= -\frac{\cos \frac{1}{2}(t-a)}{2^{\mu-1}} (\cos \frac{1}{2}(t-a) + \cos \frac{3}{2}(t-a) + \cos \frac{5}{2}(t-a) + \dots + \cos \frac{\mu-1}{2}(t-a)) \\ &= -\frac{1}{2^{\mu-1}} (1 + 2 \cos(t-a) + 2 \cos 2(t-a) + 2 \cos 3(t-a) + \dots + 2 \cos(m-1)(t-a) \\ & \quad + \cos m(t-a)) \end{aligned}$$

Quare in formula art. 11 pro  $T$  coefficientis ipsius  $A$  fit

$$\begin{aligned} &= \frac{1}{\mu} (1 + 2 \cos(t-a) + 2 \cos 2(t-a) + 2 \cos 3(t-a) + \dots \\ & \quad + 2 \cos(m-1)(t-a) + \cos m(t-a)) \end{aligned}$$

Et prorsus similes expressiones (mutato tantummodo  $a$  in  $b, c, d$  etc.) pro coefficientibus ipsorum  $B, C, D$  etc. inveniuntur. Denique pars ultima ipsius  $T$

$$\begin{aligned} & 2^{2m-1} i^{2m} \sin \frac{1}{2}(t-a) \sin \frac{1}{2}(t-b) \sin \frac{1}{2}(t-c) \sin \frac{1}{2}(t-d) \dots \times \{ \alpha^m \cos \frac{1}{2}s + \bar{\sigma}^m \sin \frac{1}{2}s \} \\ & \text{fit} \\ &= -i^{2m} \sin m(t-a) \{ \alpha^m \cos(ma + (2m-1)90^0) + \bar{\sigma}^m \sin(ma + (2m-1)90^0) \} \\ &= -\sin m(t-a) (\alpha^m \sin ma - \bar{\sigma}^m \cos ma) \end{aligned}$$

Hinc tandem colligitur

$$\begin{aligned} T &= \frac{1}{\mu} (A + B + C + D + \text{etc.}) \\ & \quad + \frac{2}{\mu} (A \cos a + B \cos b + C \cos c + D \cos d + \text{etc.}) \cos t \\ & \quad + \frac{2}{\mu} (A \sin a + B \sin b + C \sin c + D \sin d + \text{etc.}) \sin t \\ & \quad + \frac{2}{\mu} (A \cos 2a + B \cos 2b + C \cos 2c + D \cos 2d + \text{etc.}) \cos 2t \\ & \quad + \frac{2}{\mu} (A \sin 2a + B \sin 2b + C \sin 2c + D \sin 2d + \text{etc.}) \sin 2t \\ & \quad + \text{etc.} \\ & \quad + \frac{1}{\mu} (A \cos ma + B \cos mb + C \cos mc + D \cos md + \text{etc.}) \cos mt \\ & \quad + \frac{1}{\mu} (A \sin ma + B \sin mb + C \sin mc + D \sin md + \text{etc.}) \sin mt \\ & \quad + (\alpha^m \sin ma - \bar{\sigma}^m \cos ma) (\sin ma \cos mt - \cos ma \sin mt) \end{aligned}$$

Quae expressio, si, rescissa parte ultima, per

$$\begin{aligned} & \gamma + \gamma' \cos t + \gamma'' \cos 2t + \text{etc.} + \gamma^m \cos mt \\ & \quad + \delta' \sin t + \delta'' \sin 2t + \text{etc.} + \delta^m \sin mt \end{aligned}$$

exhibetur, omnes coefficients  $\gamma, \gamma', \delta', \gamma'', \delta''$  etc. praeise eosdem valores habere patet, ut in art. praec., ubi erat  $\mu = 2m + 1$ , exceptis duobus ultimis  $\gamma^m, \delta^m$ , qui illic duplo erant maiores. Porro liquet, omnes coefficients  $\alpha, \alpha', \alpha'' \dots \alpha^{m-1}, \beta', \beta'' \dots \beta^{m-1}$  illis  $\gamma, \gamma', \gamma'' \dots \gamma^{m-1}, \delta', \delta'' \dots \delta^{m-1}$  resp. aequales adeoque cognitos fieri, inter ultimos  $\alpha^m, \beta^m$  autem haberi aequationes

$$\begin{aligned}\alpha^m &= \gamma^m + (\alpha^m \sin ma - \beta^m \cos ma) \sin ma \\ \beta^m &= \delta^m - (\alpha^m \sin ma - \beta^m \cos ma) \cos ma\end{aligned}$$

quae tamen (ut ex natura problematis praevidere licebat) non sufficiunt ad determinationem completam coefficientium  $\alpha^m, \beta^m$ . Scilicet quum fiat

$$\cos ma = -\cos mb = \cos mc = -\cos md \text{ etc.}$$

atque

$$\sin ma = -\sin mb = \sin mc = -\sin md \text{ etc.}$$

adeoque

$$\begin{aligned}\gamma^m &= \frac{\cos ma}{\mu} (A - B + C - D + \text{etc.}) \\ \delta^m &= \frac{\sin ma}{\mu} (A - B + C - D + \text{etc.})\end{aligned}$$

facile perspicitur, utramque aequationem contentam esse sub unica

$$\alpha^m \cos ma + \beta^m \sin ma = \frac{1}{\mu} (A - B + C - D + \text{etc.})$$

Aliam itaque insuper relationem inter  $\alpha^m$  et  $\beta^m$  datam esse oportet, ut utrumque coefficientem penitus assignare liceat.

### 23.

Si progressio  $X$  cum  $\cos mx$  et  $\sin mx$  non abrumpitur, valor ipsius  $T$  in art. praec. inventus incompletus erit, coefficientsque  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc. a veris  $\alpha, \alpha', \beta'$  etc. diversi erunt. Et quidem facile perspicitur, si coefficients terminorum sequentium in  $X$  per eosdem characteres denotentur, quibus in art. 21 usi sumus, pro  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc. usque ad  $\gamma^{m-1}, \delta^{m-1}$  prorsus eosdem valores prodire, quos illic eruimus; duos ultimos autem fieri

$$\begin{aligned}\gamma^m &= \frac{1}{2} \alpha^m + \frac{1}{2} (\alpha^m + \alpha^{3m}) \cos \mu a + \frac{1}{2} (\alpha^{3m} + \alpha^{5m}) \cos 2\mu a + \text{etc.} \\ &\quad + \frac{1}{2} (\beta^m + \beta^{3m}) \sin \mu a + \frac{1}{2} (\beta^{3m} + \beta^{5m}) \sin 2\mu a + \text{etc.} \\ \delta^m &= \frac{1}{2} \beta^m - \frac{1}{2} (\beta^m - \beta^{3m}) \cos \mu a - \frac{1}{2} (\beta^{3m} - \beta^{5m}) \cos 2\mu a - \text{etc.} \\ &\quad - \frac{1}{2} (\alpha^m - \alpha^{3m}) \sin \mu a - \frac{1}{2} (\alpha^{3m} - \alpha^{5m}) \sin 2\mu a - \text{etc.}\end{aligned}$$

In hoc itaque casu coefficientes  $\gamma, \gamma', \delta', \gamma'', \delta'' \dots \gamma^{m-1}, \delta^{m-1}$  pro veris  $\alpha, \alpha', \beta', \alpha'', \beta'' \dots \alpha^{m-1}, \beta^{m-1}$  adoptare licet, quatenus sequentes  $\alpha^{m+1}, \beta^{m+1}$  etc. negligi possunt; ad ultimos vero  $\gamma^m, \delta^m$  nisi ipsi pro negligendis haberi possunt, haec conclusio non est extendenda.

## 24.

Per disquisitionem inde ab art. 20 traditam eo pervenimus, ut propositis  $\mu$  valoribus functionis  $X$  arcus indeterminati  $x$ , periodum completam formantibus, functionem  $(X') =$

$$\begin{aligned} &\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \dots + \gamma^m \cos mx \\ &+ \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \dots + \delta^m \sin mx \end{aligned}$$

quae illis omnibus satisfaciat, assignare possimus, ita, ut numerus  $m$ , ordinem huius functionis exprimens sit vel  $= \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$  vel  $= \frac{1}{2}\mu$ , prout  $\mu$  impar est vel par. Ex artt. 15, 19 concluditur, quamvis aliam similem functionem, quae iisdem valoribus satisfacit, sub forma  $X' + Y \sin \frac{1}{2}\mu(x-a)$  contentam esse debere, ubi  $Y$  functionem indefinitam arcus  $x$  exhibet formae  $G$  vel  $F$  (art. 13), prout  $\mu$  impar est vel par. In casu priore praeter  $X'$  functio alia similis non datur, iisdem valoribus satisfaciens, nisi ex ordine altiore, unde  $X'$  cum  $X$  identica erit, si constat  $X$  ordinem  $m^{\text{tum}}$  non egredi. In casu posteriore autem infinitae quidem aliae similes functiones ordinis  $m^{\text{ti}}$  iisdem valoribus satisfaciunt, omnes tamen in eo convenient, quod sub forma  $X' + h \sin m(x-a)$  contenti erunt, designante  $h$  quantitatem definitam: quamobrem, si constat  $X$  ordinem  $m^{\text{tum}}$  non egredi, saltem  $X$  et  $X'$  aliter quam in coefficientibus ipsorum  $\cos mx$  et  $\sin mx$  non discrepabunt; in functione  $X'$  autem inter hos coefficientes aequatio  $\gamma^m \sin ma - \delta^m \cos ma = 0$  locum habebit. Porro patet, si qua functio  $X''$  similis formae ut  $X'$ , quae iisdem valoribus satisfaciat, aliunde constet, iisdem satisfieri per functionem quamcunque  $X'' + Y \sin \frac{1}{2}\mu(x-a)$ , atque  $Y$  ita determinari posse, ut haec functio ordinem  $m^{\text{tum}}$  non egrediatur. Ad hunc finem observamus, si qua pars ipsius  $Y$  exhibeatur per  $K \cos(\kappa x + k)$ , designante  $K$  coefficientem definitum,  $k$  arcum definitum,  $\kappa$  numerum vel integrum vel fractione  $\frac{1}{2}$  affectum (prout  $\mu$  par vel impar) — ad quam formam singulae partes reduci possunt, si cosinus et sinus eiusdem arcus contrahuntur — pars respondens producti  $Y \sin \frac{1}{2}\mu(x-a)$  exhibebitur per

$$\frac{1}{2}K \sin((x + \frac{1}{2}\mu)x + k - \frac{1}{2}\mu a) - \frac{1}{2}K \sin((x - \frac{1}{2}\mu)x + k + \frac{1}{2}\mu a)$$

sive quod eodem redit per

$$L \sin(\lambda x + l) - L \sin((\lambda - \mu)x + l + \mu a)$$

designante  $\lambda$  integrum. Quocirca in  $X''$  pro quavis parte  $L \sin(\lambda x + l)$  substituere licebit hanc  $L \sin((\lambda - \mu)x + l + \mu a)$  et simili ratione pro hac rursus  $L \sin((\lambda - 2\mu)x + l + 2\mu a)$  porroque  $L \sin((\lambda - 3\mu)x + l + 3\mu a)$  etc. Ut similis conclusio ad cosinus extendatur, sufficit observatio, cosinus pro sinibus prodire, si modo pro  $l$  scribatur  $l + 90^\circ$ . Hinc colligitur, si in  $X''$  occurrat terminus  $L \cos \lambda x$ , designante  $\lambda$  integrum maiorem quam  $\frac{1}{2}\mu$ , qui proin sub formam  $\lambda = \nu\mu \pm \lambda'$  poni potest, ita ut  $\nu$  sit integer atque  $\lambda'$  non maior quam  $\frac{1}{2}\mu$ , pro isto termino substitui posse

$$L \cos(\pm \lambda' x + \nu \mu a) = L \cos \nu \mu a \cos \lambda' x \mp L \sin \nu \mu a \sin \lambda' x$$

et similiter pro termino tali  $L \sin \lambda x$  substitui poterit

$$L \sin(\pm \lambda' x + \nu \mu a) = L \sin \nu \mu a \cos \lambda' x \pm L \cos \nu \mu a \sin \lambda' x$$

Hoc modo manifesto functio  $X''$  deprimetur ad aliam, ordinis certo non maioris quam  $\frac{1}{2}\mu^{\text{ti}}$ .

Per hanc itaque operationem  $X''$  semper transibit in ipsam  $X'$ , quoties  $\mu$  impar est; in casu altero autem, ubi  $\mu$  par est, certo in functionem talem, quae tantummodo in coefficientibus ipsorum  $\cos mx$  et  $\sin mx$  a functione  $X'$  diversa esse potest. Ut ex illis coefficientibus coefficientes respondententes in  $X'$  deducantur, methodus generalis art. 15 adhiberi potest, ex qua sine negotio sequitur, si in illa functione termini ultimi sint  $K \cos mx + L \sin mx$ , pro his substitui debere, ut functio  $X'$  prodeat,

$$\begin{aligned} & (K \cos ma + L \sin ma) \cos ma \cos mx \\ & + (K \cos ma + L \sin ma) \sin ma \sin mx \end{aligned}$$

Hi termini fiunt  $= K \cos mx + L \sin mx$ , si inter  $K$  et  $L$  aequatio  $K \sin ma = L \cos ma$  locum habet, ut per calculum facile confirmatur: tunc igitur illa functio cum  $X'$  omnino iam identica est.

## 25.

Si functio  $X$  cum terminis  $\cos mx$ ,  $\sin mx$  non abrumpitur, sed ulterius excurrit, coëfficientesque terminorum sequentium adhuc nimis considerabiles sunt, ita ut ipsos negligere non liceat, coëfficientes  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$  etc. in functione  $X'$ , quae  $\mu$  valoribus functionis  $X$  periodum completam formantibus, pro  $x = a, b, c, d$  etc. satisfacit, notabiliter a coëfficientibus respondentibus  $\alpha$ ,  $\alpha'$ ,  $\beta'$  etc. discrepabunt. Quodsi itaque pro periodo  $x = a, b, c, d$  etc. periodum aliam  $\mu$  terminorum, puta pro  $x = a', b', c', d'$  etc. simili modo tractamus, functionemque  $m^{\text{ti}}$  ordinis, his novis valoribus functionis  $X$  satisfaciendam evolvimus, et perinde ut  $X'$  per expressionem

$$\begin{aligned} &\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \dots + \gamma^m \cos mx \\ &+ \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \dots + \delta^m \sin mx \end{aligned}$$

exhibemus: pro coëfficientibus  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$  etc. iam valores nanciscemur, ab iis, quos ante invenimus, notabiliter diversos. Hinc intelligitur, quo pacto hos coëfficientes tamquam *variables* spectare liceat, et quidem, quum ex artt. 21, 23 singulos perinde per arcum  $\mu a'$  determinari pateat, ut valores priores per arcum  $\mu a$ , singuli coëfficientes considerari poterunt tamquam functiones arcus indeterminati  $y$ , similiter ut  $X$  est functio arcus  $x$ . Iam supponamus,  $\mu\nu = \pi$  valores functionis  $X$  periodum integram formantes, pro

$$x = a, a', a'', \dots b, b', b'', \dots c, c', c'', \dots d, d', d'' \dots \text{etc.}$$

cognitos esse, ita ut sit

$$\begin{aligned} a' &= a + \frac{1}{\pi} 360^\circ, & a'' &= a + \frac{2}{\pi} 360^\circ \text{ etc.} \\ b &= a + \frac{\nu}{\pi} 360^\circ = a + \frac{1}{\mu} 360^\circ, & b' &= a + \frac{\nu+1}{\pi} 360^\circ = a' + \frac{1}{\mu} 360^\circ \text{ etc.} \\ c &= a + \frac{2\nu}{\pi} 360^\circ = a + \frac{2}{\mu} 360^\circ \text{ etc.} \end{aligned}$$

patetque, hanc periodum  $\pi$  terminorum in  $\nu$  periodos  $\mu$  terminorum pro

$$\begin{aligned} x &= a, b, c, d \text{ etc.} \\ x &= a', b', c', d' \text{ etc.} \\ x &= a'', b'', c'', d'' \text{ etc.} \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

discerpi posse. Quodsi itaque eo quo docuimus modo pro singulis periodis functio

$X'$  evolvitur, nanciscimur  $\nu$  valores singulorum coëfficientium  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc., qui hisce deinceps valoribus ipsius  $y$  respondent

$$y = \mu a, \quad y = \mu a' = \mu a + \frac{1}{\nu} 360^\circ, \quad y = \mu a'' = \mu a + \frac{2}{\nu} 360^\circ \text{ etc.}$$

adeoque periodos completas  $\nu$  terminorum formant. Quocirca, per methodum nostram, singuli coëfficientes  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc. per expressionem talem

$$\begin{aligned} \varepsilon + \varepsilon' \cos y + \varepsilon'' \cos 2y + \dots + \varepsilon^n \cos ny \\ + \zeta' \sin y + \zeta'' \sin 2y + \dots + \zeta^n \sin ny \end{aligned}$$

exhiberi poterunt, ita ut sit  $n$  vel  $= \frac{1}{2}\nu - \frac{1}{2}$  vel  $= \frac{1}{2}\nu$ , prout  $\nu$  impar est vel par. Manifestum est, talem expressionem eundem valorem ex substitutione  $y = \mu b, \mu c, \mu d$  etc. obtinere, quem obtinet ex  $y = \mu a$ ; nec non eundem ex  $y = \mu b', \mu c', \mu d'$  etc., quem obtinet ex  $y = \mu a'$  et sic porro. Quamobrem si in

$$\begin{aligned} \gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} \\ + \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \text{etc.} \end{aligned}$$

pro singulis coëfficientibus  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc. hae functiones arcus indeterminati  $y$  substituuntur, prodibit functio  $Z$ , duos arcus  $x, y$  involvens, transibitque  $Z$  in eam functionem  $X'$ , quae e periodo prima deducta est, si pro  $y$  aliquis valorum  $\mu a, \mu b, \mu c, \mu d$  etc. substituitur; si vero pro  $y$  aliquis valorum  $\mu a', \mu b', \mu c', \mu d'$  etc. accipitur, transibit  $Z$  in eam functionem, quae eruta est e periodo secunda. Hinc tandem colligitur, si in  $Z$  pro  $y$  statim scribatur  $\mu x$ , ita ut functio solius  $x$  prodeat ( $X''$ ), hanc ita comparatam fore, ut pro omnibus  $\pi$  valoribus ipsius  $x$ , valoribus propositis functionis  $X$  satisfaciat.

## 26.

Si methodus artt. 20, 22 ad omnes  $\pi$  valores propositos immediate sine praevia discriptione in  $\nu$  periodos minores applicata esset, prodisset functio ( $X'''$ ) ordinis  $\frac{1}{2}\pi - \frac{1}{2}^{\text{ti}}$  vel  $\frac{1}{2}\pi^{\text{ti}}$ , prout  $\pi$  impar vel par, quam cum functione  $X''$  iam comparabimus. Quum haec posterior, si rite reducta est, manifesto ad ordinem  $\mu n + m^{\text{tum}}$  ascendat, tres casus distinguemus.

I. Quando tum  $\mu$  tum  $\nu$  est impar, erit  $\mu n + m = \frac{1}{2}\mu\nu - \frac{1}{2} = \frac{1}{2}\pi - \frac{1}{2}$ , unde patet,  $X''$  cum  $X'''$  prorsus identicam esse debere.

II. Quando  $\mu$  par est,  $\nu$  impar, fit  $\mu n + m = \frac{1}{2}\mu\nu = \frac{1}{2}\pi$ , adeoque  $X''$  eius-



dem ordinis ut  $X'''$ . Sufficit itaque utriusque functionis terminos ultimos comparare. Haud difficile perspicitur, hos terminos ultimos in  $X''$  prodire unice ex terminis  $\gamma^m \cos mx + \delta^m \sin mx$ . et quidem ex iis terminis coefficientium  $\gamma^m, \delta^m$ , qui continent  $\cos ny$  et  $\sin ny$  sive  $\cos \mu n x$  et  $\sin \mu n x$ . Sint hi termini

$$\begin{aligned} \text{in } \gamma^m & \dots k \cos \mu n x + l \sin \mu n x \\ \text{in } \delta^m & \dots k' \cos \mu n x + l' \sin \mu n x \end{aligned}$$

produceturque hinc in  $X''$

$$(k \cos \mu n x + l \sin \mu n x) \cos m x + (k' \cos \mu n x + l' \sin \mu n x) \sin m x$$

unde prodeunt termini ordinis  $\mu n + m^{\text{ti}}$  sequentes

$$\frac{1}{2}(k - l') \cos(\mu n + m)x + \frac{1}{2}(l + k') \sin(\mu n + m)x$$

Iam haud difficile quidem *ex formatione coefficientium* demonstrari potest, esse

$$(k - l') \sin(\mu n + m)a = (l + k') \cos(\mu n + m)a$$

praefereamus tamen methodum sequentem, quae concinnior videtur. Ex art. 24 sequitur, esse

$$\gamma^m \sin \frac{1}{2}y - \delta^m \cos \frac{1}{2}y = 0$$

tum si pro  $y$  substituitur  $\mu a$ , atque pro  $\gamma^m, \delta^m$  valores ex periodo prima deducti; tum si pro  $y$  substituitur  $\mu a'$ , atque pro  $\gamma^m, \delta^m$  valores ex periodo secunda deducti etc. Quodsi itaque pro  $\gamma^m, \delta^m$  expressiones, quae erutae sunt indefinitae substituuntur, ita ut  $\gamma^m \sin \frac{1}{2}y - \delta^m \cos \frac{1}{2}y$  fiat functio arcus  $y$  formae  $G$  ad ordinem  $n + \frac{1}{2} = \frac{1}{2}v$  ascendens, haec pro omnibus  $v$  valoribus ipsius  $y$  his  $\mu a, \mu a', \mu a''$  etc. fiet  $= 0$ , adeoque per art. 14 per

$$\sin \frac{1}{2}(y - \mu a) \sin \frac{1}{2}(y - \mu a') \sin \frac{1}{2}(y - \mu a'') \text{ etc.}$$

divisibilis, hinc etiam per  $\sin \frac{1}{2}v(y - \mu a)$  et proin formae  $h \sin \frac{1}{2}v(y - \mu a)$ , ita ut  $h$  sit quantitas definita. Quamobrem termini ultimi functionis  $\gamma^m \sin \frac{1}{2}y - \delta^m \cos \frac{1}{2}y$  evolutae esse debebunt

$$-h \sin \frac{1}{2} \pi a \cos \frac{1}{2}v y + h \cos \frac{1}{2} \pi a \sin \frac{1}{2}v y$$

omnes vero antecedentes evanescere: illos vero fieri patet

$$= -\frac{1}{2}(l+k') \cos(n+\frac{1}{2})y + \frac{1}{2}(k-l') \sin(n+\frac{1}{2})y$$

Quocirca erit  $\frac{1}{2}(k-l') = h \cos \frac{1}{2} \pi a = h \cos \frac{1}{2}(\mu n + m) a$

$$\frac{1}{2}(l+k') = h \sin \frac{1}{2} \pi a = h \sin \frac{1}{2}(\mu n + m) a \quad \text{Q. E. D.}$$

Haec vero aequatio ipsissimum erit criterium coefficientium ultimorum functionis  $X'''$ , ut in art. 24 ostentum est: quare in hoc quoque casu functio  $X''$  cum  $X'''$  prorsus identica erit.

III. Quando  $\nu$  par est, fit  $\mu n + m = \frac{1}{2}\pi + m$ , adeoque  $X''$  ordinis altioris quam  $X'''$ . Facile autem perspicitur, omnes terminos in  $X''$ , qui ordinem  $\frac{1}{2}\pi^{\text{tum}}$  transcendunt, provenire unice ex iis terminis singulorum coefficientium  $\gamma', \delta', \gamma'', \delta''$  etc., qui continent  $\cos ny$  et  $\sin ny$  sive  $\cos \mu n x$  et  $\sin \mu n x$ . Sint hi termini, in expressione pro coefficiente aliquo  $\gamma^\lambda$  vel  $\delta^\lambda$   $k \cos \mu n x + l \sin \mu n x$ , ex quibus producitur in  $X''$

$$(k \cos \mu n x + l \sin \mu n x) \cos \lambda x \text{ in casu primo}$$

$$\text{vel } (k \cos \mu n x + l \sin \mu n x) \sin \lambda x \text{ in casu secundo}$$

unde

$$\frac{1}{2} k \cos(\mu n + \lambda) x + \frac{1}{2} l \sin(\mu n + \lambda) x$$

$$+ \frac{1}{2} k \cos(\mu n - \lambda) x + \frac{1}{2} l \sin(\mu n - \lambda) x$$

in casu primo atque

$$-\frac{1}{2} l \cos(\mu n + \lambda) x + \frac{1}{2} k \sin(\mu n + \lambda) x$$

$$+ \frac{1}{2} l \cos(\mu n - \lambda) x - \frac{1}{2} k \sin(\mu n - \lambda) x$$

in casu secundo. Per art. 24 autem substituere oportet pro  $\cos(\mu n + \lambda) x$  sive  $\cos(\frac{1}{2}\pi + \lambda) x$ ,  $\cos \pi a \cos(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x + \sin \pi a \sin(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$ ; atque pro  $\sin(\mu n + \lambda) x$  sive  $\sin(\frac{1}{2}\pi + \lambda) x$ ,  $\sin \pi a \cos(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x - \cos \pi a \sin(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$ . Quare habebimus in casu primo

$$\frac{1}{2}(k + k \cos \pi a + l \sin \pi a) \cos(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$$

$$+ \frac{1}{2}(l + k \sin \pi a - l \cos \pi a) \sin(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$$

in casu secundo autem

$$\frac{1}{2}(l - l \cos \pi a + k \sin \pi a) \cos(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$$

$$- \frac{1}{2}(k + l \sin \pi a + k \cos \pi a) \sin(\frac{1}{2}\pi - \lambda) x$$

Sed ex aequatione  $k \sin \frac{1}{2} \pi a = l \cos \frac{1}{2} \pi a$ , quae in utroque casu inter  $k$  et  $l$  locum habere debet (art. 24), nullo negotio deducitur

$$\begin{aligned} \frac{1}{2}(k + k \cos \pi a + l \sin \pi a) &= k \\ \frac{1}{2}(l + k \sin \pi a - l \cos \pi a) &= l \end{aligned}$$

Hinc tandem colligitur, pro iis partibus in  $X''$ , quae ex terminis ultimis

$$k \cos ny + l \sin ny$$

cuiusvis coefficientis  $\gamma^\lambda$  vel  $\delta^\lambda$  producerentur, designante  $\lambda$  indicem maiorem quam 0, statim substitui posse

$$\begin{aligned} k \cos(\frac{1}{2} \pi - \lambda)x + l \sin(\frac{1}{2} \pi - \lambda)x &\text{ in casu priore vel} \\ l \cos(\frac{1}{2} \pi - \lambda)x - k \sin(\frac{1}{2} \pi - \lambda)x &\text{ in casu posteriore} \end{aligned}$$

Hoc modo loco functionis  $X''$ , quae ad ordinem  $\frac{1}{2} \pi + m^{\text{tum}}$  ascenderet, aliam  $X'''$  nanciscimur, quae ordinem  $\frac{1}{2} \pi^{\text{tum}}$  non egreditur. Nihil itaque superest, nisi ut coefficientes cosinus et sinus arcus  $\frac{1}{2} \pi x$ , qui manifesto in hac functione iidem manserunt ut in  $X''$ , cum coefficientibus respondentibus in  $X'''$  comparemus. Levi attentione autem perspicitur, hosce terminos unice produci ex coefficiente primo  $\gamma$ , et quidem ex ultimis eius terminis; qui si per  $k \cos ny + l \sin ny$  exhibentur, illi erunt  $k \cos \frac{1}{2} \pi x + l \sin \frac{1}{2} \pi x$ , adeoque necessario identici cum respondentibus in  $X'''$ . Hinc itaque colligitur, functionem  $X'''$ , quae per praecepta modo tradita loco functionis  $X''$  obtinetur, cum functione  $X'''$  prorsus identicam fieri.

## 27.

Pro eo itaque casu, ubi multitudo valorum propositorum functionis  $X$ , periodum integram formantium, numerus compositus est  $= \pi = \mu \nu$ , per partitionem illius periodi in  $\nu$  periodos  $\mu$  terminorum eandem functionem cunctis valoribus datis satisficientem eruere in artt. 25, 26 didicimus, quae per applicationem immediatam theoriae generalis ad periodum totam prodiret: illam vero methodum calculi mechanici taedium magis minuere, praxis tentantem docebit. Nulla iam amplius explicatione opus erit, quomodo illa partitio adhuc ulterius extendi et ad eum casum applicari possit, ubi multitudo omnium valorum propositorum numerus e tribus pluribusve factoribus compositus est, e. g. si numerus  $\mu$

rursus esset compositus, in quo casu manifesto quaevis periodus  $\mu$  terminorum in plures periodos minores subdividi potest. Ceterum ex pluribus aliis annotationibus applicationi practicae inservientibus hic sequentes tantummodo attingemus. Valores talium aggregatorum

$$A \cos \lambda a + B \cos \lambda b + C \cos \lambda c + D \cos \lambda d + \text{etc.} = p$$

$$A \sin \lambda a + B \sin \lambda b + C \sin \lambda c + D \sin \lambda d + \text{etc.} = q$$

(ubi ut in praecedentibus, supponimus  $b - a = c - b = d - c$  etc.  $= \frac{1}{\mu} 360^\circ = \Delta$ ) saepius, siquidem nondum est  $a = 0$ , commodius determinantur per formulas

$$A + B \cos \lambda \Delta + C \cos 2\lambda \Delta + D \cos 3\lambda \Delta + \text{etc.} = P$$

$$B \sin \lambda \Delta + C \sin 2\lambda \Delta + D \sin 3\lambda \Delta + \text{etc.} = Q$$

$p = P \cos a - Q \sin a$ ,  $q = P \sin a + Q \cos a$ , sive etiam faciendo  $\frac{Q}{P} = \tan \varphi$ , atque  $\frac{P}{\cos \varphi} = \frac{Q}{\sin \varphi} = R$ , per has  $p = R \cos(\varphi + a)$ ,  $q = R \sin(\varphi + a)$ .

## 28.

*Exemplum.* In commercio literario a clar. barone DE ZACH edito, vol. X p. 188 invenitur tabula, limitem borealem et australem zodiaci *Palladis* exhibens. Utriusque limites declinatio tamquam functio periodica ascensionis rectae spectatur, quae in tabula illa per singulos quinque gradus progreditur. Ad illustrationem disquisitionum praecedentium applicationem ad limitem borealem hic faciemus, cuius itaque declinatio nobis erit  $X$ , ascensio recta  $x$ . Excerptimus ex tabula illa periodum sequentem 12 terminorum

$x$	$X$
0 <sup>0</sup>	6 <sup>0</sup> 48' Bor. = + 408'
30	1 29 . . . . . + 89
60	1 6 Austr. . . - 66
90	0 10 Bor. . . . . + 10
120	5 38 . . . . . + 338
150	13 27 . . . . . + 807
180	20 38 . . . . . + 1238
210	25 11 . . . . . + 1511
240	26 23 . . . . . + 1583
270	24 22 . . . . . + 1462
300	19 43 . . . . . + 1183
330	13 24 . . . . . + 804

Distribuamus hanc periodum primo in tres periodos quaternorum terminorum

$$\begin{array}{l} a = 0^\circ \\ b = 90^\circ \\ c = 180^\circ \\ d = 270^\circ \end{array} \left\| \begin{array}{l} A = + 408 \\ B = + 10 \\ C = + 1238 \\ D = + 1462 \end{array} \right\| \begin{array}{l} a' = 30^\circ \\ b' = 120^\circ \\ c' = 210^\circ \\ d' = 300^\circ \end{array} \left\| \begin{array}{l} A' = + 89 \\ B' = + 338 \\ C' = + 1511 \\ D' = + 1183 \end{array} \right\| \begin{array}{l} a'' = 60^\circ \\ b'' = 150^\circ \\ c'' = 240^\circ \\ d'' = 330^\circ \end{array} \left\| \begin{array}{l} A'' = - 66 \\ B'' = + 807 \\ C'' = + 1583 \\ D'' = + 804 \end{array} \right.$$

In formula

$$X' = \gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x$$

fit itaque

$$\begin{aligned} \gamma &= \frac{1}{4}(A+B+C+D) = 779',5 \\ \gamma' &= \frac{1}{4}(A \cos a + B \cos b + C \cos c + D \cos d) = \frac{1}{4}(A-C) = -415',0 \\ \delta' &= \frac{1}{4}(A \sin a + B \sin b + C \sin c + D \sin d) = \frac{1}{4}(B-D) = -726',0 \\ \gamma'' &= \frac{1}{4}(A \cos 2a + B \cos 2b + C \cos 2c + D \cos 2d) = \frac{1}{4}(A-B+C-D) \\ &= +43',5 \\ \delta'' &= \frac{1}{4}(A \sin 2a + B \sin 2b + C \sin 2c + D \sin 2d) = 0 \end{aligned}$$

et similiter pro periodo secunda ac tertia. Hoc modo emergit

Pro periodo	ubi $y = 4x$	$\gamma$	$\gamma'$	$\delta'$	$\gamma''$	$\delta''$
prima	$0^\circ$	+779,5	-415,0	-726,0	+43,5	0
secunda	$120^\circ$	+780,2	-404,5	-721,4	+9,9	+17,1
tertia	$240^\circ$	+782,0	-413,5	-713,3	+11,7	-20,3

Hic porro exhibetur  $\gamma$  per formulam

$$\begin{aligned} &\frac{1}{4}(779',5 + 780,2 + 782,0) \\ &+ \frac{3}{4}(779,5 + 780,2 \cos 120^\circ + 782,0 \cos 240^\circ) \cos 4x \\ &+ \frac{3}{4}(780,2 \sin 120^\circ + 782,0 \sin 240^\circ) \sin 4x \end{aligned}$$

sive per

$$\begin{aligned} &780,6 - 1,1 \cos 4x - 1,0 \sin 4x, \text{ et perinde} \\ \gamma' \text{ per } &-411,0 - 4,0 \cos 4x + 5,2 \sin 4x \\ \delta' \text{ per } &-720,2 - 5,8 \cos 4x - 4,7 \sin 4x \\ \gamma'' \text{ per } &+ 21,7 + 21,8 \cos 4x - 1,1 \sin 4x \\ \delta'' \text{ per } &- 1,1 + 1,1 \cos 4x + 21,6 \sin 4x \end{aligned}$$

Quibus valoribus in  $X'$  substitutis prodit formula 12 valores propositos exhibens

$$\begin{aligned}
&+ 780,6 \\
&- 411,0 \cos x - 720,2 \sin x \\
&+ 43,4 \cos 2x - 2,2 \sin 2x \\
&- 4,3 \cos 3x + 5,5 \sin 3x \\
&- 1,1 \cos 4x - 1,0 \sin 4x \\
&+ 0,3 \cos 5x - 0,3 \sin 5x \\
&+ 0,1 \cos 6x
\end{aligned}$$

Distribuamus secundo eandem periodum in quatuor periodos ternorum terminorum, quibus singulis itaque per formulam primi ordinis

$$X' = \gamma + \gamma' \cos x + \delta' \sin x$$

satisfaciendum erit. Hic invenitur

Pro periodo	ubi $y = 3x$	$\gamma$	$\gamma'$	$\delta'$
prima	$0^0$	+ 776,3	- 368,3	- 718,8
secunda	$90^0$	+ 786,0	- 414,5	- 676,0
tertia	$180^0$	+ 785,0	- 453,0	- 721,1
quarta	$270^0$	+ 775,0	- 408,2	- 765,0

unde deducuntur formulae, sub quibus  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$  exhibentur sequentes:

$$\begin{aligned}
\gamma &\dots + 780,6 - 4,3 \cos 3x + 5,5 \sin 3x + 0,1 \cos 6x \\
\gamma' &\dots - 411,0 + 42,3 \cos 3x - 3,2 \sin 3x + 0,3 \cos 6x \\
\delta' &\dots - 720,2 + 1,2 \cos 3x + 44,5 \sin 3x + 0,3 \cos 6x
\end{aligned}$$

His valoribus in  $\gamma + \gamma' \cos x + \delta' \sin x$  substitutis, partibusque ultimis in  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$ , quae  $\cos 6x$  continent, secundum praecepta art. 26 tractatis, prorsus eadem formula eruitur, ad quam supra pervenimus.

## 29.

Supersunt casus, ubi in functione  $X$  vel cosinus vel sinus soli adsunt, quos in artt. 16, 17 generaliter tractavimus. Supponemus, ut in praec., datam esse periodum  $\mu$  terminorum, puta  $X = A, B, C, D$  etc. pro  $x = a, b, c, d$  etc. Duo vero casus hic probe distinguendi sunt. Aliter enim tractari debet

1<sup>mo</sup> casus, ubi  $a$  est complementum alicuius valorum sequentium  $b, c, d$  etc. ad  $360^0$  vel ad  $0$  vel ad multipulum peripheriae. Sit hic terminus  $a + \frac{k}{\mu} 360^0$ ,

atque  $a + \frac{k}{\mu} 360^\circ + a = l \times 360^\circ$ , sive  $a = (\mu l - k) \frac{180^\circ}{\mu}$ . Quare in hoc casu  $a$  per  $\frac{180^\circ}{\mu}$  divisibilis erit, adeoque  $\sin \mu a = 0$ ; porro habetur  $b = (\mu l - k + 2) \frac{180^\circ}{\mu}$ , atque  $\sin \mu b = 0$ , et perinde de sequentibus  $c, d$  etc. Supponendo itaque,  $a$  esse minorem quam  $\frac{360^\circ}{\mu}$ , sed non negativum (quod permissum est, quum ab omnibus  $a, b, c, d$  etc. multiplum proxime minus totius peripheriae subtrahere et ex residuis minimum, quod proprietate illa praeditum erit pro periodi initio accipere liceat), erit vel  $a = 0$ , atque  $b = \frac{1}{\mu} 360^\circ$ ,  $c = \frac{2}{\mu} 360^\circ$ ,  $d = \frac{3}{\mu} 360^\circ$  etc.; vel  $a = \frac{1}{\mu} 180^\circ$ ,  $b = \frac{3}{\mu} 180^\circ$ ,  $c = \frac{5}{\mu} 180^\circ$ ,  $d = \frac{7}{\mu} 180^\circ$  etc.

aliter 2<sup>do</sup> casus, ubi non est complementum ullius valorum sequentium  $b, c, d$  etc. ad  $360^\circ$  vel  $0$  vel multiplum peripheriae. Hic  $a$  non erit divisibilis per  $\frac{180^\circ}{\mu}$ , adeoque  $\sin \mu a = \sin \mu b = \sin \mu c = \sin \mu d$  etc. non  $= 0$ .

In casu posteriore methodus generalis art. 16 statim applicari potest. In priore autem ex valoribus  $a, b, c, d$  etc. (quos infra  $360^\circ$  reductos esse supponimus), omnes antea reicere oportet, qui sunt majores quam  $180^\circ$ , quippe quorum complementa ad  $360^\circ$  inter reliquos reperiuntur; insuperque, quando adsunt, valores  $0$  et  $180^\circ$ , si in functione  $X$  sinus soli occurrunt: sed quoniam applicatio methodi generalis hac ratione minus concinna evaderet, hunc casum alio modo infra absolvemus. Initium iam ab illo casu faciemus, ubi  $\sin \mu a$  non est  $= 0$ .

30.

Sit primo  $X$  functio formae

$$\alpha + \alpha' \cos x + \alpha'' \cos 2x + \alpha''' \cos 3x + \dots + \alpha^n \cos nx$$

unde esse debet  $\mu = n + 1$ . Hic habetur per lemma secundum art. 19

$$\begin{aligned} (\cos t - \cos b)(\cos t - \cos c)(\cos t - \cos d) \text{ etc.} &= \frac{1}{2^{\mu-1}} \times \frac{\cos \mu t - \cos \mu a}{\cos t - \cos a} \\ &= \frac{1}{2^{\mu-1} \sin a} \{ \sin \mu a + 2 \sin(\mu-1)a \cos t + 2 \sin(\mu-2)a \cos 2t + \text{etc.} + 2 \sin a \cos(\mu-1)t \} \end{aligned}$$

Facile scilicet confirmatur, productum ex aggregato secundae partis huius aequationis per  $\cos t - \cos a$  fieri  $= \sin a (\cos \mu t - \cos \mu a)$ . Quare fit quoque, scribendo  $a$  pro  $t$

$$\begin{aligned} (\cos a - \cos b)(\cos a - \cos c)(\cos a - \cos d) \text{ etc.} &= \frac{1}{2^{\mu-1} \sin a} \{ \sin \mu a + 2 \sin(\mu-1)a \cos a \\ &\quad + 2 \sin(\mu-2)a \cos 2a + \text{etc.} + 2 \sin a \cos(\mu-1)a \} \end{aligned}$$

Aggregatum in hac expressione fit  $= \mu \sin \mu a$ , ut inde manifestum est, quod

$$\begin{aligned}
 \text{terminus secundus} &= \sin \mu a + \sin (\mu - 2) a \\
 \text{ultimus} &= \sin \mu a - \sin (\mu - 2) a \\
 \text{porro terminus tertius} &= \sin \mu a + \sin (\mu - 4) a \\
 \text{terminus penultimus} &= \sin \mu a - \sin (\mu - 4) a \\
 &\text{etc.}
 \end{aligned}$$

Hinc colligitur, coefficientem ipsius  $A$  in formula art. 16 pro  $T$  fieri

$$\frac{1}{\mu \sin \mu a} \{ \sin \mu a + 2 \sin (\mu - 1) a \cos t + 2 \sin (\mu - 2) a \cos 2 t + \text{etc.} + 2 \sin a \sin (\mu - 1) t \}$$

Prorsus similes expressiones proveniunt pro coefficientibus ipsorum  $B, C, D$  etc., mutando tantummodo  $a$  in  $b, c, d$  etc. Quamobrem statuendo

$$\begin{aligned}
 \epsilon &= \frac{1}{\mu} (A + B + C + D + \text{etc.}) \\
 \epsilon' &= \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \sin (\mu - 1) a + B \sin (\mu - 1) b + C \sin (\mu - 1) c + D \sin (\mu - 1) d + \text{etc.} \} \\
 \epsilon'' &= \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \sin (\mu - 2) a + B \sin (\mu - 2) b + C \sin (\mu - 2) c + D \sin (\mu - 2) d + \text{etc.} \} \\
 \epsilon''' &= \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \sin (\mu - 3) a + B \sin (\mu - 3) b + C \sin (\mu - 3) c + D \sin (\mu - 3) d + \text{etc.} \} \\
 &\text{etc.} \\
 \epsilon^n &= \frac{2}{\mu \sin \mu a} (A \sin a + B \sin b + C \sin c + D \sin d + \text{etc.})
 \end{aligned}$$

erit

$$T = \epsilon + \epsilon' \cos t + \epsilon'' \cos 2 t + \epsilon''' \cos 3 t + \text{etc.} + \epsilon^n \cos n t$$

Quum haec formula generaliter pro valore quocunque ipsius  $t$  valere debeat, necessario cum  $X$  identica fiet, mutata  $t$  in  $x$ , adeoque coefficientes  $\epsilon, \epsilon', \epsilon''$  etc. ipsis  $\alpha', \alpha', \alpha''$  etc. resp. aequales.

31.

Quum per praecepta supra explicata functio  $X'$  formae

$$\begin{aligned}
 &\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2 x + \dots + \gamma^m \cos m x \\
 &+ \delta' \sin x + \delta'' \sin 2 x + \dots + \delta^m \sin m x
 \end{aligned}$$

quae omnibus  $\mu$  valoribus propositis satisficiat, et in qua sit  $m = \frac{1}{2} \mu - \frac{1}{2}$  vel  $\frac{1}{2} \mu$ , prout  $\mu$  impar est vel par: operae pretium est, hanc functionem cum functione modo inventa

$$\epsilon + \epsilon' \cos x + \epsilon'' \cos 2 x + \epsilon''' \cos 3 x + \dots + \epsilon^{\mu-1} \cos (\mu - 1) x$$



comparare, quam per  $X''$  exprimemus. Comparando valores coefficientium  $\gamma, \gamma', \delta', \gamma'', \delta''$  etc. in artt. 20, 22 traditos cum valoribus coefficientium  $\epsilon, \epsilon', \epsilon''$  etc. modo inventis, invenitur

$$\begin{aligned} \epsilon &= \gamma \\ \epsilon' &= \gamma' - \delta' \cotang \mu a, & \epsilon^{\mu-1} &= \delta' \operatorname{cosec} \mu a \\ \epsilon'' &= \gamma'' - \delta'' \cotang \mu a, & \epsilon^{\mu-2} &= \delta'' \operatorname{cosec} \mu a \\ \epsilon''' &= \gamma''' - \delta''' \cotang \mu a, & \epsilon^{\mu-3} &= \delta''' \operatorname{cosec} \mu a \\ &\text{etc. usque ad} \\ (\frac{1}{2})\epsilon^m &= \gamma^m - \delta^m \cotang \mu a, & (\frac{1}{2})\epsilon^{\mu-m} &= \delta^m \operatorname{cosec} \mu a \end{aligned}$$

Factor  $\frac{1}{2}$  ipsis  $\epsilon^m$  et  $\epsilon^{\mu-m}$  praepositus tunc tantummodo valet, quando  $\mu$  par est, omittique debet, quando  $\mu$  est impar. Quo pacto, in casu posteriore, ubi  $\mu - m = m + 1$  manifesto omnes  $\mu$  coefficientes  $\epsilon, \epsilon', \epsilon''$  etc. per  $\gamma, \gamma', \delta'$  etc. determinati sunt; in priore vero, ubi  $m = \mu - m$ , pro coefficiente  $\epsilon^{\frac{1}{2}\mu}$  valores duos  $2\gamma^{\frac{1}{2}\mu} - 2\delta^{\frac{1}{2}\mu} \cot \mu a, 2\delta^{\frac{1}{2}\mu} \operatorname{cosec} \mu a$  habemus, quorum aequalitatem ex aequatione  $\gamma^{\frac{1}{2}\mu} \sin \frac{1}{2}\mu a = \delta^{\frac{1}{2}\mu} \cos \frac{1}{2}\mu a$  facile perspicere, et pro quibus igitur etiam hunc  $\gamma^{\frac{1}{2}\mu} - \delta^{\frac{1}{2}\mu} \cotg \mu a + \delta^{\frac{1}{2}\mu} \operatorname{cosec} \mu a$  adoptare possumus.

Hinc facile deducitur, esse in utroque casu

$$\begin{aligned} X'' - (X' - \delta' \sin x - \delta'' \sin 2x - \delta''' \sin 3x - \text{etc.} - \delta^m \sin mx) \\ = -\cotg \mu a (\delta' \cos x + \delta'' \cos 2x + \delta''' \cos 3x + \dots + \delta^m \cos mx) \\ + \operatorname{cosec} \mu a (\delta' \cos (\mu-1)x + \delta'' \cos (\mu-2)x + \dots + \delta^m \cos (\mu-m)x) \end{aligned}$$

Hinc patet,  $X''$  ex  $X'$  deduci, si pro quovis termino  $\delta^\lambda \sin \lambda x$  substituatur

$$-\cotg \mu a \delta^\lambda \cos \lambda x + \operatorname{cosec} \mu a \delta^\lambda \cos (\mu - \lambda)x$$

sive

$$\frac{-\delta^\lambda \cos \mu a \cos \lambda x + \delta^\lambda \cos (\mu - \lambda)x}{\sin \mu a}$$

cuius praecepti comparisonem cum iis, quae in art. 24 explicata sunt, lectoribus linquimus.

32.

Si functio  $X$  cum  $\cos nx$  non abrumpitur, sed ulterius excurrit, terminis sequentibus per  $\alpha^\mu \cos \mu x + \alpha^{\mu+1} \cos (\mu+1)x + \text{etc.}$  expressis, habebimus

$$\epsilon = \alpha + \alpha^\mu \cos \mu a + \alpha^{2\mu} \cos 2\mu a + \text{etc.}$$

$$\epsilon' = \frac{1}{\sin \mu a} \left\{ \alpha' \sin \mu a + \alpha^{\mu+1} \sin 2\mu a + \alpha^{2\mu+1} \sin 3\mu a + \text{etc.} \right. \\ \left. - \alpha^{2\mu-1} \sin \mu a - \alpha^{3\mu-1} \sin 2\mu a - \alpha^{4\mu-1} \sin 3\mu a - \text{etc.} \right\}$$

$$\epsilon'' = \frac{1}{\sin \mu a} \left\{ \alpha'' \sin \mu a + \alpha^{\mu+2} \sin 2\mu a + \alpha^{2\mu+2} \sin 3\mu a + \text{etc.} \right. \\ \left. - \alpha^{2\mu-2} \sin \mu a - \alpha^{3\mu-2} \sin 2\mu a - \alpha^{4\mu-2} \sin 3\mu a - \text{etc.} \right\}$$

etc.

$$\epsilon^{\mu-1} = \frac{1}{\sin \mu a} \left\{ \alpha^{\mu-1} \sin \mu a + \alpha^{2\mu-1} \sin 2\mu a + \alpha^{3\mu-1} \sin 3\mu a + \text{etc.} \right. \\ \left. - \alpha^{\mu+1} \sin \mu a - \alpha^{2\mu+1} \sin 2\mu a - \alpha^{3\mu+1} \sin 3\mu a - \text{etc.} \right\}$$

ex quibus formulis iudicari potest, quatenus differentiam coefficientium  $\epsilon, \epsilon', \epsilon''$  etc. a veris  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. negligere liceat. In hoc itaque casu functio  $X''$  non erit  $X$  ipsa, cum qua tamen in eo convenit, quod omnibus  $\mu$  valoribus propositis satisfacit. Omnes autem similes functiones his valoribus satisfaciens sub forma  $X'' + Y(\cos \mu x - \cos \mu a)$  contenti erunt, designante  $Y$  functionem indefinitam arcus  $x$  eiusdem formae ut  $X$ , scilicet a sinibus liberam. Functio  $X''$  erit unica ordinis  $\mu - 1^{\text{ti}}$ : quaevis alia similis valoribus datis satisfaciens ad ordinem altiore ascendet. Quodsi talis functio  $X'''$  aliunde constaret, omnes similes functiones, per quos valores dati repraesentantur, in hac quoque forma  $X''' + Y(\cos \mu x - \cos \mu a)$  contenti erunt, poteritque  $Y$  ita determinari, ut functio ad ordinem  $\mu - 1^{\text{tum}}$  depressa prodeat, quae erit ipsa  $X''$ . Methodus vero facillima ad hunc finem videtur esse, si primo ex  $X'''$  derivetur  $X'$  per art. 24 atque hinc  $X''$  per art. 31. Sit itaque terminus quicumque in  $X'''$   $L \cos \lambda x$ , ponaturque  $\lambda = k\mu + \lambda'$ , ita ut sit  $\lambda' < \mu$  atque  $k$  integer. Tunc per art. 24 pro illo termino scribi debet in  $X'$

$$L \cos k\mu a \cos \lambda' x - L \sin k\mu a \sin \lambda' x, \quad \text{si } \lambda' < \frac{1}{2}\mu, \text{ neque vero } \lambda' = 0 \\ L \cos (k+1)\mu a \cos (\mu - \lambda') x + L \sin (k+1)\mu a \sin (\mu - \lambda') x, \quad \text{si } \lambda' > \frac{1}{2}\mu \\ L \cos \frac{1}{2}\mu a \cos (k + \frac{1}{2})\mu a \cos \frac{1}{2}\mu x + L \sin \frac{1}{2}\mu a \cos (k + \frac{1}{2})\mu a \sin \frac{1}{2}\mu x, \quad \text{si } \lambda' = \frac{1}{2}\mu$$

Hinc autem prodit in  $X''$ , per art. praec. in casu primo

$$L \cos k\mu a \cos \lambda' x + L \sin k\mu a \cotang \mu a \cos \lambda' x - L \sin k\mu a \operatorname{cosec} \mu a \cos (\mu - \lambda') x$$

in casu secundo

$$L \cos (k+1)\mu a \cos (\mu - \lambda') x - L \sin (k+1)\mu a \cotg \mu a \cos (\mu - \lambda') x \\ + L \sin (k+1)\mu a \operatorname{cosec} \mu a \cos \lambda' x$$

in casu tertio

$$L \cos \frac{1}{2} \mu a \cos (k + \frac{1}{2}) \mu a \cos \frac{1}{2} \mu x - L \sin \frac{1}{2} \mu a \cos (k + \frac{1}{2}) \mu a \cotg \mu a \cos \frac{1}{2} \mu x \\ + L \sin \frac{1}{2} \mu a \cos (k + \frac{1}{2}) \mu a \operatorname{cosec} \mu a \cos \frac{1}{2} \mu x$$

quae expressio in omnibus tribus casibus reducitur ad

$$\frac{L \sin (k + 1) \mu a \cos \lambda' x - L \sin k \mu a \cos (\mu - \lambda') x}{\sin \mu a}$$

Quoties autem  $\lambda' = 0$ , habemus in  $X'$  simpliciter  $L \cos k \mu a$ , qui terminus sine variatione in  $X''$  retinetur.

33.

Sit secundo  $X$  functio formae

$$\delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \delta''' \sin 3x + \text{etc.} + \delta^n \sin nx$$

unde esse debet  $\mu = n$ . Hic fit, ex art. 30, coefficientis ipsius  $A$  in formula secunda art. 16 pro  $T$

$$= \frac{1}{\mu \sin \mu a} \times \frac{\sin t}{\sin a} (\sin \mu a + 2 \sin (\mu - 1) a \cos t + 2 \sin (\mu - 2) a \cos 2t + \text{etc.} \\ + 2 \sin a \cos (\mu - 1) t) \\ = \frac{1}{\mu \sin \mu a} (2 \cos (\mu - 1) a \sin t + 2 \cos (\mu - 2) a \sin 2t + 2 \cos (\mu - 3) a \sin 3t + \text{etc.} \\ + 2 \cos a \sin (\mu - 1) t + \sin \mu t)$$

Prorsus similes expressiones pro coefficientibus ipsorum  $B, C, D$  etc. prodeunt, mutato tantummodo arcu  $a$  in  $b, c, d$  etc. Quamobrem faciendo

$$\zeta' = \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \cos (\mu - 1) a + B \cos (\mu - 1) b + C \cos (\mu - 1) c + D \cos (\mu - 1) d + \text{etc.} \}$$

$$\zeta'' = \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \cos (\mu - 2) a + B \cos (\mu - 2) b + C \cos (\mu - 2) c + D \cos (\mu - 2) d + \text{etc.} \}$$

$$\zeta''' = \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \cos (\mu - 3) a + B \cos (\mu - 3) b + C \cos (\mu - 3) c + D \cos (\mu - 3) d + \text{etc.} \}$$

etc.

$$\zeta^{\mu-1} = \frac{2}{\mu \sin \mu a} \{ A \cos a + B \cos b + C \cos c + D \cos d + \text{etc.} \}$$

$$\zeta^\mu = \frac{1}{\mu \sin \mu a} \{ A + B + C + D + \text{etc.} \}$$

erit

$$T = \zeta' \sin t + \zeta'' \sin 2t + \zeta''' \sin 3t + \text{etc.} + \zeta^\mu \sin \mu t$$

Quum haec formula generaliter pro valore quocunque ipsius  $t$  valeat, necessario

cum  $X$  identica erit, mutando  $t$  in  $x$ , unde coëfficientes  $\zeta', \zeta'', \zeta'''$  etc. ipsis  $\delta', \delta'', \delta'''$  etc. resp. aequales erunt.

34.

Si ut in art. 31 omnibus valoribus propositis per functionem talem

$$X' = \gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} + \gamma^m \cos mx \\ + \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \text{etc.} + \delta^m \sin mx$$

satisfactum est, existente  $m = \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$  vel  $= \frac{1}{2}\mu$ , prout  $\mu$  impar vel par est, comparatio huius functionis cum hac

$$X'' = \zeta' \sin x + \zeta'' \sin 2x + \zeta''' \sin 3x + \text{etc.} + \zeta^\mu \sin \mu x$$

quam in art. praec. eruimus, hasce aequationes suppeditant:

$$\begin{aligned} \zeta^\mu &= \gamma \operatorname{cosec} \mu a \\ \zeta' &= \delta' + \gamma' \cotg \mu a, & \zeta^{\mu-1} &= \gamma' \operatorname{cosec} \mu a \\ \zeta'' &= \delta'' + \gamma'' \cotg \mu a, & \zeta^{\mu-2} &= \gamma'' \operatorname{cosec} \mu a \\ \zeta''' &= \delta''' + \gamma''' \cotg \mu a, & \zeta^{\mu-3} &= \gamma''' \operatorname{cosec} \mu a \\ \text{etc. usque ad} \\ (\frac{1}{2})\zeta^m &= \delta^m + \gamma^m \cotg \mu a, & (\frac{1}{2})\zeta^{\mu-m} &= \gamma^m \operatorname{cosec} \mu a \end{aligned}$$

ubi factor  $\frac{1}{2}$  coëfficientibus  $\zeta^m, \zeta^{\mu-m}$  praepositus pro eo tantum casu valet, ubi  $\mu$  par est, pro altero vero, ubi  $\mu$  impar est, omitti debet. In casu itaque posteriore ubi  $\mu - m = m + 1$ , pro quovis coëfficiente  $\zeta', \zeta''$  etc. valorem unum per  $\gamma, \gamma', \gamma''$  etc. et  $\delta', \delta''$  etc. habemus; in priore vero, ubi  $\mu - m = m$ , pro coëfficiente  $\zeta^{\frac{1}{2}\mu}$  duos aequales, pro quibus etiam valor  $\delta^{\frac{1}{2}\mu} + \gamma^{\frac{1}{2}\mu} \cotg \mu a + \gamma^{\frac{1}{2}\mu} \operatorname{cosec} \mu a$  adoptari potest. Hinc colligitur

$$X'' = X' - \gamma - \gamma' \cos x - \gamma'' \cos 2x - \text{etc.} - \gamma^m \cos mx \\ + \cotg \mu a (\gamma' \sin x + \gamma'' \sin 2x + \gamma''' \sin 3x + \text{etc.} + \gamma^m \sin mx) \\ + \operatorname{cosec} \mu a (\gamma \sin \mu x + \gamma' \sin (\mu - 1)x + \gamma'' \sin (\mu - 2)x + \text{etc.} + \gamma^{\mu-m} \sin (\mu - m)x)$$

Quamobrem ex  $X'$  producitur  $X''$ , scribendo pro  $\gamma, \gamma \operatorname{cosec} \mu a \sin \mu x = \frac{\gamma \sin \mu x}{\sin \mu a}$  et, pro quovis termino  $\gamma^\lambda \cos \lambda x$

$$\gamma^\lambda \cotg \mu a \sin \lambda x + \gamma^\lambda \operatorname{cosec} \mu a \sin (\mu - \lambda) x \quad \text{sive} \quad \frac{\gamma^\lambda \cos \mu a \sin \lambda x + \gamma^\lambda \sin (\mu - \lambda) x}{\sin \mu a}$$

quod praeceptum lectores cum iis, quae in art. 24 tradidimus, ipsi comparent.

35.

Si functio  $X$  cum  $\sin nx$  non abrumpitur, sed ulterius excurrit, terminis sequentibus per  $\delta^{\mu+1} \sin (\mu+1)x + \delta^{\mu+2} \sin (\mu+2)x$  etc. expressis, habebimus:

$$\begin{aligned} \zeta' &= \frac{1}{\sin \mu a} \{ \delta' \sin \mu a + \delta^{\mu+1} \sin 2 \mu a + \delta^{2\mu+1} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \\ &\quad + \delta^{2\mu-1} \sin \mu a + \delta^{3\mu-1} \sin 2 \mu a + \delta^{4\mu-1} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \} \\ \zeta'' &= \frac{1}{\sin \mu a} \{ \delta'' \sin \mu a + \delta^{\mu+2} \sin 2 \mu a + \delta^{2\mu+2} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \\ &\quad + \delta^{2\mu-2} \sin \mu a + \delta^{3\mu-2} \sin 2 \mu a + \delta^{4\mu-2} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \} \\ \zeta''' &= \frac{1}{\sin \mu a} \{ \delta''' \sin \mu a + \delta^{\mu+3} \sin 2 \mu a + \delta^{2\mu+3} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \\ &\quad + \delta^{2\mu-3} \sin \mu a + \delta^{3\mu-3} \sin 2 \mu a + \delta^{4\mu-3} \sin 3 \mu a + \text{etc.} \} \end{aligned}$$

etc. Pro coefficiente ultimo autem

$$\zeta^\mu = \frac{1}{\sin \mu a} (\delta^\mu \sin \mu a + \delta^{2\mu} \sin 2 \mu a + \delta^{3\mu} \sin 3 \mu a + \text{etc.})$$

Hae formulae ostendunt, quatenus differentia inter  $X$  et  $X''$  negligi possit. Haec posterior formula simplicissima erit inter omnes similes, per quas  $\mu$  valoribus propositis satisfit; hae vero omnes in formula  $X'' + Y \sin x (\cos \mu x - \cos \mu a)$  contentae erunt, designante  $Y$ , ut in art. 32 functionem indefinitam arcus  $x$  a sinibus liberam. Et generaliter, si  $X'''$  est functio quaecunque eiusdem formae ut  $X$ , i. e. solos sinus continens, per quam  $\mu$  valoribus datis satisfit, formula  $X''' + Y \sin x (\cos \mu x - \cos \mu a)$  omnes huiusmodi functiones continebit, quae si  $Y$  rite determinatur, ad ordinem  $\mu^{\text{tum}}$  deprimi potest, quo pacto necessario functio  $X''$  ipsa prodire debet. Prorsus simili modo ut in art. 32 regula generalis sequens ad hunc finem eruitur: Pro quovis termino in  $X'''$  tali  $L \sin \lambda x$ , ubi  $\lambda$  est maior quam  $\mu$ , substituere oportet in  $X''$ , faciendo  $\lambda = k\mu + \lambda'$ , ita ut  $k\mu$  sit multipulum ipsius  $\mu$  proxime minus quam  $\lambda$  adeoque  $\lambda'$  inter limites 1 et  $\mu$  incl. situs, terminos

$$L \frac{\sin (k+1) \mu a}{\sin \mu a} \sin \lambda' x + L \frac{\sin k \mu a}{\sin \mu a} \sin (\mu - \lambda') x$$

qui, quoties fit  $\lambda' = \mu$ , ad unum  $L \frac{\sin \lambda a}{\sin \mu a} \sin \mu x$  reducuntur.

## 36.

Transformationes in art. praec. atque in art. 32 traditae concinnius ex theoremate quodam generali deduci possunt, quod quum per se quoque satis elegans sit, paucis hic adhuc attingemus.

**THEOREMA.** *Designantibus  $\lambda, \lambda', \lambda''$  numeros integros quoscunque,  $\mu$  numerum integrum, qui differentias inter illos,  $\lambda' - \lambda, \lambda'' - \lambda', \lambda - \lambda''$  metitur (e. g. unitatem),  $x$  arcum indefinitum,  $a$  arcum definitum: functiones*

$$P = \sin(\lambda' - \lambda'')a \cos \lambda x + \sin(\lambda'' - \lambda)a \cos \lambda' x + \sin(\lambda - \lambda')a \cos \lambda'' x$$

$$Q = \sin(\lambda' - \lambda'')a \sin \lambda x + \sin(\lambda'' - \lambda)a \sin \lambda' x + \sin(\lambda - \lambda')a \sin \lambda'' x$$

per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  erunt divisibiles.

*Demonstr.* Quando  $\lambda$  per  $\mu$  divisibilis est, ideoque etiam  $\lambda', \lambda''$  per  $\mu$  divisibiles erunt, facile confirmatur, valorem ipsarum  $P, Q$ , si substituatur  $x = a$ , esse identice  $= 0$ ; quare  $P$  non mutabitur, si pro

$$\begin{array}{ll} \cos \lambda x & \text{substituatur} \quad \cos \lambda x - \cos \lambda a \\ \cos \lambda' x & \cos \lambda' x - \cos \lambda' a \\ \cos \lambda'' x & \cos \lambda'' x - \cos \lambda'' a \end{array}$$

neque  $Q$ , si pro

$$\begin{array}{ll} \sin \lambda x & \text{substituatur} \quad \sin \lambda x - \frac{\sin \lambda a \sin \mu x}{\sin \mu a} \\ \sin \lambda' x & \sin \lambda' x - \frac{\sin \lambda' a \sin \mu x}{\sin \mu a} \\ \sin \lambda'' x & \sin \lambda'' x - \frac{\sin \lambda'' a \sin \mu x}{\sin \mu a} \end{array}$$

Sed hae sex expressiones per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  divisibiles sunt, quod pro valore positivo ipsius  $\lambda$  de prima et quarta ostendisse sufficit. Scilicet facile per multiplicationem confirmatur, esse

$$\begin{aligned} & \sin \mu a (\cos \lambda x - \cos \lambda a) \\ &= (\cos \mu x - \cos \mu a) \{ 2 \sin \mu a \cos(\lambda - \mu)x + 2 \sin 2\mu a \cos(\lambda - 2\mu)x \\ & \quad + 2 \sin 3\mu a \cos(\lambda - 3\mu)x + \text{etc.} + 2 \sin(\lambda - \mu)a \cos \mu x + \sin \lambda a \} \\ & \sin \mu a \sin \lambda x - \sin \lambda a \sin \mu x \\ &= (\cos \mu x - \cos \mu a) \{ 2 \sin \mu a \sin(\lambda - \mu)x + 2 \sin 2\mu a \sin(\lambda - 2\mu)x \\ & \quad + 2 \sin 3\mu a \sin(\lambda - 3\mu)x + \text{etc.} + 2 \sin(\lambda - \mu)a \sin \mu x \} \end{aligned}$$

Casus, ubi  $\lambda$  est negativus, ad hunc sponte reducitur. Hinc patet, functiones

$P, Q$  ex partibus per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  divisibiles compositas, ideoque ipsas quoque per hunc divisorem divisibiles esse.

II. Quando  $\lambda$  per  $\mu$  non est divisibilis, sit  $l$  numerus integer arbitrarius per  $\mu$  divisibilis, ponaturque  $\lambda = l + \theta, \lambda' = l' + \theta, \lambda'' = l'' + \theta$ , unde etiam  $l', l''$  per  $\mu$  divisibiles erunt. Iam patet, si ponatur

$$\begin{aligned} \sin(l' - l'')a \cos lx + \sin(l'' - l)a \cos l'x + \sin(l - l')a \cos l''x &= P' \\ \sin(l' - l'')a \sin lx + \sin(l'' - l)a \sin l'x + \sin(l - l')a \sin l''x &= Q' \end{aligned}$$

feri

$$P = P' \cos \theta x - \theta' \sin \theta x, \quad Q = P' \sin \theta x + Q' \cos \theta x,$$

atque functiones  $P', Q'$ , quippe quae sub casum primum iam absolutum pertinent, per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  divisibiles: hinc manifesto etiam  $P$  et  $Q$  per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  divisibiles erunt. Q. E. D. Ceterum demonstratio casus primi ita perfecta est, ut non sine quibusdam explicationibus applicari possit, quoties  $\sin \mu a = 0$ ; tunc vero fit  $P = 0, Q = 0$ , ita ut demonstratione omnino non opus sit.

Quodsi itaque ponitur  $\lambda - \lambda' = k\mu, \lambda - \lambda'' = (k+1)\mu$ , patet, per  $\cos \mu x - \cos \mu a$  divisibiles esse

$$\begin{aligned} \sin \mu a \cos \lambda x - \sin(k+1)\mu a \cos \lambda'x + \sin k\mu a \cos(\lambda' - \mu)x \\ \sin \mu a \sin \lambda x - \sin(k+1)\mu a \sin \lambda'x + \sin k\mu a \sin(\lambda' - \mu)x \end{aligned}$$

adeoque etiam

$$\begin{aligned} \cos \lambda x &= \frac{\sin(k+1)\mu a \cos \lambda'x - \sin k\mu a \cos(\mu - \lambda')x}{\sin \mu a} \\ \sin \lambda x &= \frac{\sin(k+1)\mu a \sin \lambda'x + \sin k\mu a \sin(\mu - \lambda')x}{\sin \mu a} \end{aligned}$$

unde ratio substitutionum in artt. 32, 35 statim elucet: quotiens enim ex divisione posteriore e solis sinibus constabit, adeoque manifesto denuo per  $\sin x$  divisibilis erit.

37.

In artt. 30—36 supposuimus,  $\sin \mu a$  non esse  $= 0$ : superest itaque, ut easdem disquisitiones pro eo casu resumamus, ubi  $\sin \mu a = 0$ . Hic statim supponemus, esse  $a = 0$ , vel  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ .

Sit primo  $X$  functio formae

$$\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} + \gamma^n \cos nx$$

adeoque multitudo coefficientium incognitorum  $= 1 + n$ . Iam scimus, ex omnibus valoribus propositis functionis  $X$  eos reiici debere, qui respondent valori ipsius maiori quam  $180^\circ$ : quatuor itaque casus hic sunt distinguendi:

1) quando  $\mu$  par, atque  $a = 0$ , erit  $180^\circ$  valor  $\frac{1}{2}\mu + 1^{\text{tus}}$  ipsius  $x$ ; quare quum sequentes reiici debeant, remanent valores  $\frac{1}{2}\mu + 1$ . Hinc esse debet  $n = \frac{1}{2}\mu$ .

2) quando  $\mu$  par, atque  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , valor  $\frac{1}{2}\mu^{\text{tus}}$  ipsius  $x$  erit  $180^\circ - \frac{180^\circ}{\mu}$ ; sequentes, qui fiunt maiores quam  $180^\circ$ , reiiciendi sunt. Hinc esse debet  $n = \frac{1}{2}\mu - 1$ .

3) quando  $\mu$  impar est, atque  $a = 0$ , fit valor  $\frac{1}{2}\mu + \frac{1}{2}^{\text{tus}} = 180^\circ - \frac{180^\circ}{\mu}$ , et

4) quando  $\mu$  impar est, atque  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , fit valor  $\frac{1}{2}\mu + \frac{1}{2}^{\text{tus}} = 180^\circ$ : sequentes in utroque casu reiici debent, adeoque erit  $n = \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$ .

Iam quoniam methodus in praec. adhibita ad casum praesentem, ubi pars valorum datorum a periodo completa antea rescindenda esset, non sine quibusdam ambagibus applicari posset, methodum sequentem praeferimus.

Si per praecepta artt. 20, 22 functio formae

$$\begin{aligned} &\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} + \gamma^m \cos mx \\ &+ \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \text{etc.} + \delta^m \sin mx \end{aligned}$$

investigatur, per quam omnibus  $\mu$  valoribus datis satisfit, et in qua  $m = \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$  vel  $= \frac{1}{2}\mu$ , prout  $\mu$  impar est vel par, coefficientes  $\delta'$ ,  $\delta''$ ,  $\delta^m$  etc. sponte fient  $= 0$ . Nullo enim negotio patet, in expressione tali

$$A \sin \lambda a + B \sin \lambda b + C \sin \lambda c + D \sin \lambda d + \text{etc.}$$

fieri vel partem primam  $= 0$ , atque ultimam  $= -B \sin \lambda b$ , penultimam  $= -C \sin \lambda c$ , antepenultimam  $= -D \sin \lambda d$  etc. puta quando  $a = 0$ ; vel ultimam  $= -A \sin \lambda a$ , penultimam  $= -B \sin \lambda b$ , antepenultimam  $= -C \sin \lambda c$  etc., quando  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , quum pro talibus valoribus ipsius  $x$ , quorum alter alterius complementum ad  $360^\circ$  est, valores functionis  $X$  aequales sint. Quamobrem functio

$$X' = \gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} + \gamma^m \cos mx$$



in qua coefficients  $\gamma, \gamma', \gamma''$  etc. determinantur per formulas

$$\begin{aligned} \gamma &= \frac{1}{\mu}(A+B+C+D+\text{etc.}) \\ \gamma' &= \frac{2}{\mu}(A \cos a + B \cos b + C \cos c + D \cos d + \text{etc.}) \\ \gamma'' &= \frac{2}{\mu}(A \cos 2a + B \cos 2b + C \cos 2c + D \cos 2d + \text{etc.}) \end{aligned}$$

etc., ultimus autem, quando  $\mu$  par est atque adeo  $m = \frac{1}{2}\mu$ , per hanc

$$\gamma^m = \frac{1}{\mu}(A \cos ma + B \cos mb + C \cos mc + D \cos md + \text{etc.})$$

necessario cum functione  $X$  identica erit, siquidem haec non est gradus altioris quam supra definivimus. Namque in casibus 3 et 4  $X$  est ordinis  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}^{\text{ti}}$ , i. e. eiusdem ut  $X'$  et proin per art. 24 cum  $X'$  identica. In casu primo  $X$  est eiusdem ordinis ut  $X'$  et in casu secundo non maioris, quare tum hic tum illic omnes termini saltem usque ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu - 1^{\text{tum}}$  in utraque functione convenient (art. 24). Terminos ordinis  $\frac{1}{2}\mu^{\text{ti}}$  in his functionibus quoque convenire debere. inde per eundem art. 24 patet, quod in  $X$  aequatio conditionalis  $K \sin ma = L \cos ma$  locum habet; scilicet fit  $L = 0$ , atque in casu primo  $\sin ma = 0$ , in secundo, ubi  $X$  ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu - 1$  tantummodo ascendit,  $K = 0$ . Ceterum in casu secundo  $X'$  ordinis altioris esse videtur quam  $X$ , sed in hoc casu terminus ordinis  $\frac{1}{2}\mu^{\text{ti}}$  in  $X'$  quoque evanescit, quum fiat

$$\gamma^{\frac{1}{2}\mu} = \frac{1}{\mu}(A \cos 90^0 + B \cos 270^0 + C \cos 450^0 + D \cos 630^0 + \text{etc.}) = 0$$

ita ut in hoc quoque casu  $X'$  revera sit ordinis  $m - 1^{\text{ti}}$  sive  $\frac{1}{2}\mu - 1^{\text{ti}}$ .

38.

Si functio  $X$  cum termino  $\cos nx$  non abrumpitur, sed ulterius excurrit: denotatis terminis sequentibus per  $\alpha^{n+1} \cos(n+1)x + \alpha^{n+2} \cos(n+2)x + \text{etc.}$  erit per artt. 21, 23

$$\begin{aligned} \gamma &= \alpha \pm \alpha^\mu + \alpha^{2\mu} \pm \text{etc.} \\ \gamma' &= \alpha' \pm \alpha^{\mu-1} \pm \alpha^{\mu+1} + \alpha^{2\mu-1} + \alpha^{2\mu+1} \pm \text{etc.} \\ \gamma'' &= \alpha'' \pm \alpha^{\mu-2} \pm \alpha^{\mu+2} + \alpha^{2\mu-2} + \alpha^{2\mu+2} \pm \text{etc.} \\ \gamma''' &= \alpha''' \pm \alpha^{\mu-3} \pm \alpha^{\mu+3} + \alpha^{2\mu-3} + \alpha^{2\mu+3} \pm \text{etc.} \end{aligned}$$

et sic porro usque ad ultimum  $\gamma^m$ , quando  $\mu$  impar est, vel ad penultimum  $\gamma^{m-1}$ , quando  $\mu$  par est; signum inferius hic valet, quoties  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , adeoque

in casu 2 et 4, superius in casu 1 et 2; denique pro ultimo habebitur in casu primo

$$\gamma^m = a^m + a^{3m} + a^{5m} + \text{etc.}$$

in casu secundo autem  $\gamma^m = 0$ . Hae aequationes ostendunt, quatenus differentiam inter functiones  $X$  et  $X'$  negligere permissum esse possit. Haec posterior functio inter omnes, quae  $\mu$  valoribus propositis satisfaciunt, simplicissima erit, quae omnes sub forma  $X' + Y \sin(\frac{1}{2}\mu x - \frac{1}{2}\mu a)$  contenti erunt, quae in casu 1 et 3 ad  $X' + Y \sin \frac{1}{2}\mu x$ , in casibus 2 et 4 vero ad  $X' + Y \cos \frac{1}{2}\mu x$  reducitur. Manifesto autem, si haec expressio eiusdem formae esse debet ut  $X$  i. e. a sinus libera,  $Y$  esse debet

in casu primo formae  $g \sin x + g' \sin 2x + g'' \sin 3x + \text{etc.}$

in casu secundo formae  $g + g' \cos x + g'' \cos 2x + \text{etc.}$

in casu tertio formae  $g \sin \frac{1}{2}x + g' \sin \frac{3}{2}x + g'' \sin \frac{5}{2}x + \text{etc.}$

in casu quarto formae  $g \cos \frac{1}{2}x + g' \cos \frac{3}{2}x + g'' \cos \frac{5}{2}x + \text{etc.}$

Et generalius, designante  $X''$  functionem quamcunque ipsi  $X$  similem, quae  $\mu$  valoribus propositis satisfacit, omnes huiusmodi formae sub formula  $X'' + Y \sin \frac{1}{2}\mu x$  vel  $X'' + Y \cos \frac{1}{2}\mu x$  contentae erunt, ubi  $Y$  functionem indefinitam eius, quam modo docuimus formae designat. Hoc ita perficere licet, ut sic functio ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu, \frac{1}{2}\mu - 1, \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}, \frac{1}{2}\mu - \frac{3}{2}$  depressa prodeat, quae manifesto cum  $X'$  identica erit. Regula autem generalis pro reductione talis functionis  $X''$  ad  $X'$  ex art. 24 facile deducitur. Pro quovis termino  $L \cos \lambda x$  in  $X''$  substitui debet in  $X'$ , facto  $\lambda = k\mu \pm \lambda'$ , ita ut  $\lambda'$  non sit maior quam  $\frac{1}{2}\mu$ , terminus  $\pm L \cos \lambda' x$ , ubi signum inferius accipiendum est, quoties simul  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$  atque  $k$  par, superius in casibus reliquis; denique quoties in casu secundo, i. e. pro  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$  et valore pari ipsius  $\mu$ , evadit  $\lambda' = \frac{1}{2}\mu$ , pro  $L \cos \lambda x$  statim poni debet 0 in  $X'$ , sive terminus ille omnino negligi.

39.

Si secundo functio  $X$  est formae

$$\delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \delta''' \sin 3x + \text{etc.} + \delta^n \sin nx$$

adeoque multitudo coefficientium incognitorum =  $n$ , etiam multitudo valorum

datorum, subductis superfluis, esse debet  $= n$ , ut ad coefficientium determinationem completam sufficiant. Iam quum ut superflui in hoc casu reiiciendi sint valores functionis  $X$  ii, qui respondent valori ipsius  $x$  maiori quam  $180^\circ$  nec non valori  $0$  et  $180^\circ$ , habebimus pro quatuor casibus supra distinctis:

1. quando  $\mu$  par,  $a = 0$ , erit  $n = \frac{1}{2}\mu - 1$
2. quando  $\mu$  par,  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , erit  $n = \frac{1}{2}\mu$
3. quando  $\mu$  impar,  $a = 0$ , erit  $n = \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$
4. quando  $\mu$  impar,  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ , erit  $n = \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$

Iam prorsus simili modo ut in art. 37, in functione

$$\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \text{etc.} + \gamma^m \cos mx \\ + \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \text{etc.} + \delta^m \sin mx$$

ad normam artt. 20, 22 eruta, quae omnibus  $\mu$  valoribus satisfacit, et in qua  $m$  vel  $= \frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$ , vel  $= \frac{1}{2}\mu$ , coefficientes  $\gamma, \gamma', \gamma''$  etc. sponte evanescent. Quum enim in serie  $A, B, C, D$  etc. vel termini ultimi ordine retrogrado in casu praesenti vel fiant  $= -B, -C, -D$  etc. vel  $= -A, -B, -C$  etc., prout  $a = 0$ , vel  $= \frac{180^\circ}{\mu}$ , insuperque pro illo casu  $A = 0$ , manifesto

$$A \cos \lambda a + B \cos \lambda b + C \cos \lambda c + D \cos \lambda d + \text{etc.}$$

pro quovis valore ipsius  $x$  erit  $= 0$ . Quamobrem functio  $X' =$

$$\delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \delta''' \sin 3x + \text{etc.} + \delta^m \sin mx$$

in qua coefficientes  $\delta', \delta'', \delta'''$  etc. determinantur per aequationes

$$\delta' = \frac{2}{\mu} (A \sin a + B \sin b + C \sin c + D \sin d + \text{etc.})$$

$$\delta'' = \frac{2}{\mu} (A \sin 2a + B \sin 2b + C \sin 2c + D \sin 2d + \text{etc.})$$

$$\delta''' = \frac{2}{\mu} (A \sin 3a + B \sin 3b + C \sin 3c + D \sin 3d + \text{etc.})$$

etc., ultimus autem, quando  $\mu$  par est, adeoque  $m = \frac{1}{2}\mu$ , per hanc

$$\delta^m = \frac{1}{\mu} (A \sin ma + B \sin mb + C \sin mc + D \sin md + \text{etc.})$$

necessario cum  $X$  identica erit, quod eodem modo, ut in art. 37, facile demonstratur. Ceterum functio  $X'$  in casu primo, ubi  $a = 0$ ,  $\mu$  par, revera ad or-

dinem  $\frac{1}{2}\mu - 1$  tantum ascendit, quum fiat

$$\begin{aligned}\delta^m &= \frac{1}{\mu} (A \sin 0 + B \sin 180^\circ + C \sin 360^\circ + D \sin 540^\circ + \text{etc.}) \\ &= 0\end{aligned}$$

40.

Si functio  $X$  non est ordinis  $n^{\text{ti}}$ , ut supposuimus, sed ulterius excurrit, aequationes sequentes docebunt, quomodo differentia inter  $X'$  et  $X$  a coefficientibus sequentibus pendeat (v. artt. 21, 23)

$$\begin{aligned}\delta' &= \overline{\sigma}' \mp \overline{\sigma}^{\mu-1} \pm \overline{\sigma}^{\mu+1} - \overline{\sigma}^{2\mu-1} + \overline{\sigma}^{2\mu+1} \mp \text{etc.} \\ \delta'' &= \overline{\sigma}'' \mp \overline{\sigma}^{\mu-2} \pm \overline{\sigma}^{\mu+2} - \overline{\sigma}^{2\mu-2} + \overline{\sigma}^{2\mu+2} \mp \text{etc.} \\ \delta''' &= \overline{\sigma}''' \mp \overline{\sigma}^{\mu-3} \pm \overline{\sigma}^{\mu+3} - \overline{\sigma}^{2\mu-3} + \overline{\sigma}^{2\mu+3} \mp \text{etc.}\end{aligned}$$

et sic porro usque ad ultimum  $\delta^m$  vel penultimum  $\delta^{m-1}$ , prout  $\mu$  impar est vel par; signa superiora hic valent, quando  $a = 0$ , inferiora, quando  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$ : denique pro ultimo habetur in casu (1)  $\delta^m = 0$ , in casu (2) vero  $\delta^m = \overline{\sigma}^m - \overline{\sigma}^{3m} + \overline{\sigma}^{5m} - \overline{\sigma}^{7m} + \text{etc.}$  Omnes functiones periodicae, per quas  $\mu$  valoribus propositis satisfit, et ex quibus  $X'$  est simplicissima, sub forma  $X' + Y \sin(\frac{1}{2}\mu x - \frac{1}{2}\mu a)$  sive generalius sub forma  $X'' + Y \sin(\frac{1}{2}\mu x - \frac{1}{2}\mu a)$  contentae erunt, designante  $X''$  functionem talem quamcunque, quae formula pro casu 1 et 3 ad  $X'' + Y \sin \frac{1}{2}\mu x$ , pro casu 2 et 4 autem ad  $X'' + Y \cos \frac{1}{2}\mu x$  reducitur;  $Y$  vero, siquidem alias functiones non consideramus, nisi quae ipsi  $X$  sunt similes, i. e. e solis sinibus compositae, necessario debet esse:

$$\begin{aligned}\text{in casu 1 formae} & \quad g + g' \cos x + g'' \cos 2x + \text{etc.} \\ \text{in casu 2 formae} & \quad g \sin x + g' \sin 2x + g'' \sin 3x + \text{etc.} \\ \text{in casu 3 formae} & \quad g \cos \frac{1}{2}x + g' \cos \frac{3}{2}x + g'' \cos \frac{5}{2}x + \text{etc.} \\ \text{in casu 4 formae} & \quad g \sin \frac{1}{2}x + g' \sin \frac{3}{2}x + g'' \sin \frac{5}{2}x + \text{etc.}\end{aligned}$$

Functionem  $Y$  hic ita determinare licebit, ut prodeat functio ad ordinem  $\frac{1}{2}\mu - 1$ ,  $\frac{1}{2}\mu$ ,  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$ ,  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}$  depressa, quae cum  $X'$  necessario identica erit. Pro reductione functionis  $X''$  ad  $X'$  regula generalis sequens habetur:

Quivis terminus in  $X''$  talis  $L \sin \lambda x = L \sin(k\mu \pm \lambda)x$ , transmutetur aut in  $\pm L \sin \lambda x$  (quoties  $a = 0$ , vel  $k$  par), aut in  $\mp L \sin \lambda x$  (quoties nec  $a = 0$ , nec  $k$  par, i. e. quoties simul  $a = \frac{180^\circ}{\mu}$  atque  $k$  impar): denique quoties in casu

primo i. e. pro  $a = 0$ , et valore pari ipsius  $\mu$  evadit  $\lambda' = \frac{1}{2}\mu$ , terminus  $L \sin \lambda x$  omnino destruat.

41.

Quum omnes casus speciales in artt. 29—40 considerati ad casum generalem in artt. 20—28 absolute reducti sint, omnia artificia, per quae in hoc casu calculus abbreviatur, qualia in artt. 25, 26, 27 explicavimus, etiam ad illos applicari poterunt. Quamobrem non opus erit, huic disquisitioni immorari, cui sequens exemplum ad artt. 39, 40 pertinens, finem imponet.

Aequatio centri pro novo planeta *Iunone*, adhibita excentricitate 0,254236, calculata est per methodum indirectam per singulos denos gradus, ut sequitur

Anomalia media = $x$		Aequatio Centri = $X$	
		—	+
0 <sup>0</sup>	360 <sup>0</sup>	0	0
10	350	3 <sup>0</sup> 50' 38"30 . . . .	13838"30
20	340	7 38 21,47 . . . .	27501,47
30	330	11 20 8,79 . . . .	40808,79
40	320	14 52 48,06 . . . .	53568,06
50	310	18 12 49,21 . . . .	65569,21
60	300	21 16 17,02 . . . .	76577,02
70	290	23 58 42,92 . . . .	86322,92
80	280	26 14 55,85 . . . .	94495,85
90	270	27 58 52,36 . . . .	100732,36
100	260	29 3 28,13 . . . .	104608,13
110	250	29 20 33,68 . . . .	105633,68
120	240	28 41 2,10 . . . .	103262,10
130	230	26 55 22,77 . . . .	96922,77
140	220	23 55 2,70 . . . .	86102,70
150	210	19 35 0,79 . . . .	70500,79
160	200	13 57 40,52 . . . .	50260,52
170	190	7 16 58,33 . . . .	26218,33
180	180	0	0

Discerpimus hanc periodum 36 terminorum in sex minores senorum terminorum; valores seni functionis  $X$  in singulis periodis contenti exhibebuntur per formulam talem

$$\begin{aligned} &\gamma + \gamma' \cos x + \gamma'' \cos 2x + \gamma''' \cos 3x \\ &+ \delta' \sin x + \delta'' \sin 2x + \delta''' \sin 3x \end{aligned}$$

ubi pro coefficientibus  $\gamma, \gamma', \delta$  etc. valores sequentes invenimus:

Periodus	$y = 6x$	$\gamma$	$\gamma'$	$\gamma''$	$\gamma'''$	$\delta'$	$\delta''$	$\delta'''$
prima	$0^\circ$	0	0	0	0	-103830,165	+15406,638	0
secunda	60	+56",205	-217",757	+761",671	-1528,925	-103937,346	+15841,387	-892,667
tertia	120	+56,115	-217,467	+760,805	-1527,397	-104151,314	+16709,402	-2645,530
quarta	180	0	0	0	0	-104258,100	+17142,684	-3525,740
quinta	240	-56,115	-217,467	-760,805	+1527,397	-104151,314	+16709,402	-2645,530
sexta	300	-56,205	-217,757	-761,671	+1528,925	-103937,346	+15841,387	-892,667

Singuli coefficientes  $\gamma, \gamma', \gamma'', \gamma''', \delta', \delta'', \delta'''$  rursus sub formam talem

$$\begin{aligned} \varepsilon + \varepsilon' \cos 6x + \varepsilon'' \cos 12x + \varepsilon''' \cos 18x \\ + \zeta' \sin 6x + \zeta'' \sin 12x + \zeta''' \sin 18x \end{aligned}$$

reducentur: nullo vero negotio perspicitur, pro quatuor prioribus evanescere debere  $\varepsilon, \varepsilon', \varepsilon'', \varepsilon'''$ ; et pro tribus posterioribus,  $\zeta', \zeta'', \zeta'''$ . Hoc modo invenitur

$$\begin{aligned} \gamma &= + 64",848 \sin 6x + 0",052 \sin 12x \\ \gamma' &= - 251",277 \sin 6x - 0",167 \sin 12x \\ \gamma'' &= + 879",002 \sin 6x + 0",500 \sin 12x \\ \gamma''' &= -1764",511 \sin 6x - 0",824 \sin 12x \\ \delta' &= -104044",264 + 213",968 \cos 6x + 0",132 \cos 12x + 0",000 \cos 18x \\ \delta'' &= + 16275",150 - 868",020 \cos 6x - 0",489 \cos 12x - 0",003 \cos 18x \\ \delta''' &= - 1763",689 + 1762",868 \cos 6x + 0",819 \cos 12x + 0",002 \cos 18x \end{aligned}$$

His valoribus pro  $\gamma, \gamma'$  etc. substitutis, praeceptisque art. praec. observatis, prodit functio sequens pro aequatione centri, in qua singuli coefficientes intra centesimam minuti secundi partem exacti sunt.

-104044",264 sin x	-1",643 sin 9x
+ 16275,150 sin 2x	+0,494 sin 10x
- 3527,378 sin 3x	-0,149 sin 11x
+ 873,511 sin 4x	+0,052 sin 12x
- 232,622 sin 5x	-0,017 sin 13x
+ 64,848 sin 6x	+0,006 sin 14x
- 18,655 sin 7x	-0,004 sin 15x
+ 5,491 sin 8x	+0,003 sin 16x

Hoc modo manifesto calculus ita se habet, ac si pro arcu  $x$  alius  $x' = x - a$  introduceretur. Saepenumero etiam calculus magnopere sublevari potest, si pro functione  $X$  alia  $X - \mathfrak{X}$  adhibetur, ubi pro  $\mathfrak{X}$  functio quaelibet ipsi  $X$  similis assumi potest, modo ordinem  $\frac{1}{2}\mu - \frac{1}{2}^{\text{tum}}$  pro valore impari vel ordinem  $\frac{1}{2}\mu^{\text{tum}}$  pro valore pari ipsius  $\mu$  non egrediatur, et in casu posteriori coëfficientes terminorum  $\cos \frac{1}{2}\mu x$  et  $\sin \frac{1}{2}\mu x$  (siquidem eo ascendit) teneant debitam rationem ( $\cos \frac{1}{2}\mu a : \sin \frac{1}{2}\mu a$ ). Manifestum est, si valores functionis  $\mathfrak{X}$  pro  $x = a, b, c, d$  etc. sint resp.  $\mathfrak{A}, \mathfrak{B}, \mathfrak{C}, \mathfrak{D}$  etc., fore valores functionis  $X - \mathfrak{X}$  pro iisdem valoribus resp.  $A - \mathfrak{A}, B - \mathfrak{B}, C - \mathfrak{C}, D - \mathfrak{D}$  etc.; si porro functio  $Z$  hisce valoribus satisfaciens per praecepta praecedentia investigatur, functio  $\mathfrak{X} + Z$  identica erit cum ea, quae ex applicatione directa horum praeceptorum ad valores ipsius functionis  $X$  prodiret. Semper autem functionem  $\mathfrak{X}$  ita determinare oportet, ut valores propositi functionis  $X$  prope per illam exhibeantur, quo pacto quantitates  $A - \mathfrak{A}, B - \mathfrak{B}, C - \mathfrak{C}, D - \mathfrak{D}$  etc. parvae et ad calculum magis tractabiles evadent. Ceterum pro  $\mathfrak{X}$  etiam quantitas constans assumi potest, e. g. haec  $\frac{1}{\mu}(A + B + C + D + \text{etc.})$ , quae functionis, quaesitae partem invariabilem constituit.

---

## BEMERKUNGEN.

---

Die vorliegende Abhandlung über Interpolation ist die wiederholte Ausarbeitung einer Untersuchung, von welcher ein früherer Entwurf im October 1805 begonnen zu sein scheint. Sie enthält die Methoden, die bei der Berechnung der Ausdrücke für die durch Störungskräfte hervorgebrachten Aenderungen der Elemente einer Planetenbahn vielfach angewandt worden sind. Dieser Ausmittlung der Störungen steht ein anderes Verfahren zur Seite, das direct die Werthe der Bahnelemente für einzelne Zeitpunkte ergibt und das, wie aus den im vorgefundenen handschriftlichen Nachlasse aufgezeichneten schliesslichen Formeln hervorgeht, auf folgenden Principien beruht.

Bilden die Werthe des Arguments, für welche die Werthe der Function gegeben sind, eine arithmetische Reihe, und hat man ein Argument  $x$  eingeführt, das bei jenen Werthen wie die ganzen Zahlen fortschreitet, bezeichnet die gegebenen Werthe mit  $f x$ , führt deren aufeinanderfolgende Differenzenreihen ein:

$$f(x+1) - f x = f'(x + \frac{1}{2}), \quad f'(x + \frac{1}{2}) - f'(x - \frac{1}{2}) = f'' x, \quad f''(x+1) - f'' x = f'''(x + \frac{1}{2}) \text{ u. s. f.}$$

ferner deren mit beliebigen Anfangsgliedern beginnende Summenreihen  $f^{-1}(x + \frac{1}{2})$ ,  $f^{-2} x$ ,  $f^{-3}(x + \frac{1}{2})$  u. s. f. für welche

$$f x = f^{-1}(x + \frac{1}{2}) - f^{-1}(x - \frac{1}{2}), \quad f^{-1}(x + \frac{1}{2}) = f^{-2}(x+1) - f^{-2} x \text{ u. s. f.}$$

endlich die Mittelwerthe der aufeinander folgenden Glieder der so entstandenen Reihen nemlich

$$\dots f^{-1} x = \frac{1}{2} f^{-1}(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{2} f^{-1}(x - \frac{1}{2}), \quad f(x + \frac{1}{2}) = \frac{1}{2} f(x+1) + \frac{1}{2} f x, \quad f' x = \frac{1}{2} f'(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{2} f'(x - \frac{1}{2}) \dots$$

also in übersichtlicher Anordnung zusammengestellt folgendes System von gegebenen und daraus zunächst berechneten Werthen



M. W.	II. Summe.	M. W.	I. Summe	gegeben. W.	M. W.	I. Differ.	M. W.	II. Differ.	M. W.
$f^{-2}(x-\frac{1}{2})$	$f^{-2}(x-1)$	$f^{-1}(x-1)$	$f^{-1}(x-\frac{1}{2})$	$f(x-1)$	$f(x-\frac{1}{2})$	$f'(x-\frac{1}{2})$	$f^2(x-1)$	$f^2(x-\frac{1}{2})$	$f^2(x-\frac{1}{2})$
$f^{-2}(x+\frac{1}{2})$	$f^{-2}x$	$f^{-1}x$	$f^{-1}(x+\frac{1}{2})$	$fx$	$f(x+\frac{1}{2})$	$f'(x+\frac{1}{2})$	$f^2x$	$f^2(x+\frac{1}{2})$	$f^2(x+\frac{1}{2})$
	$f^{-2}(x+1)$	$f^{-1}(x+1)$		$f(x+1)$		$f'(x+1)$	$f^2(x+1)$		

so gibt Art. 4, wenn man 1<sup>a</sup> für  $t, a, b, c, d, e \dots$  resp.  $x+t, x, x+1, x-1, x+2, x-2$  2<sup>a</sup> für  $t, a, b, c, d, e \dots$  resp.  $x+t, x, x-1, x+1, x-2, x+2 \dots$  setzt, 3<sup>a</sup> aus den entsprechenden Seiten der beiden so erhaltenen Gleichungen die halbe Summe bildet, 4<sup>a</sup> aus denselben Gleichungen, nachdem zuvor in der zweiten  $x+1$  und  $t-1$  resp. für  $x$  und  $t$  gesetzt ist, die halbe Summe bildet und 5<sup>a</sup> in der zuletzt erhaltenen Gleichung  $t = \frac{1}{2}$  macht, folgende Gleichungen für die durch Interpolation zu bestimmenden Werthe  $\varphi(x+t)$  und  $\varphi(x+\frac{1}{2})$  derjenigen Function  $\varphi x$ , die bei jedem ganzzahligen Werthe von  $x$  der gegebenen Grösse  $fx$  gleich wird:

$$\varphi(x+t) = fx + t \cdot f'(x+\frac{1}{2}) + \frac{t \cdot t-1}{1 \cdot 2} f''x + \frac{t \cdot t-1 \cdot t+1}{1 \cdot 2 \cdot 3} f'''(x+\frac{1}{2}) + \dots$$

$$+ \frac{\prod(t+n-1)}{\prod 2n \cdot \prod(t-n-1)} f^{2n}x + \frac{\prod(t+n)}{\prod(2n+1) \cdot \prod(t-n-1)} f^{2n+1}(x+\frac{1}{2}) \dots$$

$$\varphi(x+t) = fx + t \cdot f'(x-\frac{1}{2}) + \frac{t \cdot t+1}{1 \cdot 2} f''x + \frac{t \cdot t+1 \cdot t-1}{1 \cdot 2 \cdot 3} f'''(x-\frac{1}{2}) + \dots$$

$$+ \frac{\prod(t+n)}{\prod 2n \cdot \prod(t-n)} f^{2n}x + \frac{\prod(t+n)}{\prod(2n+1) \cdot \prod(t-n-1)} f^{2n+1}(x-\frac{1}{2}) \dots$$

$$\varphi(x+t) = fx + t \cdot f'(x) + \frac{t \cdot t}{1 \cdot 2} f''x + \frac{t \cdot t-1 \cdot t+1}{1 \cdot 2 \cdot 3} f'''x + \dots$$

$$+ \frac{\prod(t+n-1)}{\prod 2n \cdot \prod(t-n)} t f^{2n}x + \frac{\prod(t+n)}{\prod(2n+1) \prod(t-n-1)} f^{2n+1}x + \dots$$

$$\varphi(x+t) = f(x+\frac{1}{2}) + (t-\frac{1}{2})f'(x+\frac{1}{2}) + \frac{t \cdot t-1}{1 \cdot 2} f''(x+\frac{1}{2}) + \frac{t \cdot t-1}{1 \cdot 2} (t-\frac{1}{2})f'''(x+\frac{1}{2}) + \dots$$

$$+ \frac{\prod(t+n-1)}{\prod 2n \cdot \prod(t-n-1)} f^{2n}(x+\frac{1}{2}) + \frac{\prod(t+n-1)}{\prod(2n+1) \cdot \prod(t-n-1)} (t-\frac{1}{2})f^{2n+1}(x+\frac{1}{2}) + \dots$$

$$\varphi(x+\frac{1}{2}) = f(x+\frac{1}{2}) - \frac{1}{2}f''(x+\frac{1}{2}) + \frac{1}{24}f^{(4)}(x+\frac{1}{2}) - \frac{1}{720}f^{(6)}(x+\frac{1}{2}) + \frac{1}{30240}f^{(8)}(x+\frac{1}{2}) \dots$$

$$+ (-1)^n \frac{\prod 2n}{\prod n \cdot \prod n} 2^{-2n} \cdot f^{2n}(x+\frac{1}{2}) + \dots$$

Die Coëfficienten von  $f^m$  in der dritten, vierten und fünften Gleichung sind gleich den Coëfficienten von  $(2i \sin \omega)^m$  in den Reihenentwickelungen resp. für  $\cos 2t\omega + i \frac{\sin 2t\omega}{\cos \omega}$ ,  $\frac{\cos(2t-1)\omega}{\cos \omega} + i \sin(2t-1)\omega$  und  $\frac{1}{\cos \omega}$  nach Potenzen der Grösse  $2i \sin \omega$ .

Setzt man nun

$$\Phi(x + \frac{1}{2}) = f^{-1}(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{2} f'(x + \frac{1}{2}) - \frac{1}{8} f''(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{16} f'''(x + \frac{1}{2}) - \frac{1}{128} f^{(4)}(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{512} f^{(5)}(x + \frac{1}{2}) - \dots$$

$$\Phi_x = f^{-1}x - \frac{1}{2} f'x + \frac{1}{8} f''x - \frac{1}{16} f'''x + \frac{1}{128} f^{(4)}x - \frac{1}{512} f^{(5)}x + \dots$$

$$\Psi_x = f^{-2}x + \frac{1}{2} f'x - \frac{1}{8} f''x + \frac{1}{16} f'''x - \frac{1}{128} f^{(4)}x + \frac{1}{512} f^{(5)}x - \dots$$

$$\Psi(x + \frac{1}{2}) = f^{-2}(x + \frac{1}{2}) - \frac{1}{2} f'(x + \frac{1}{2}) + \frac{1}{8} f''(x + \frac{1}{2}) - \frac{1}{16} f'''(x + \frac{1}{2}) + \dots$$

indem man als Coefficienten von  $f^m$  in diesen vier Gleichungen die Coefficienten nimmt, die bei den Entwicklungen resp. für  $\frac{1}{2i\omega}$ ,  $\frac{1}{2i\omega \cos \omega}$ ,  $-\frac{1}{4\omega\omega}$ ,  $-\frac{1}{4\omega\omega \cos \omega}$  noch Potenzen von  $2i \sin \omega$  entstehen, so sind  $\Phi(x + \frac{1}{2})$ ,  $\Phi_x$ ,  $\Psi_x$ ,  $\Psi(x + \frac{1}{2})$  die besonderen Werthe solcher Functionen  $\Phi(x + t)$ ,  $\Psi(x + t)$ , für welche die Gleichungen

$$\Phi(x + t) - \Phi(x + t_0) = \int_{t_0}^t \varphi(x + t) dt, \quad \Psi(x + t) - \Psi(x + t_1) = \int_{t_1}^t \Phi(x + t) dt$$

Statt haben, sie werden also bestimmten Integralen von  $\varphi(x + t) dt$  und  $\varphi(x + t) \cdot dt \cdot dt$  gleich, wenn man die Anfangswerthe der Summenreihen  $f^{-1}(x - \frac{1}{2})$ ,  $f^{-1}(x + \frac{1}{2}) \dots$ ,  $f^{-2}x$ ,  $f^{-2}(x + 1) \dots$  auf geeignete Weise ausgewählt.

Die Ableitung der Reihen für  $\Phi$  und  $\Psi$  aus der dritten und vierten der obigen Gleichungen für  $\varphi(x + t)$  erhält man unmittelbar, wenn man die Integrationen so ausführt, dass zunächst die Ausdrücke für  $\Phi(x + \frac{1}{2}) - \Phi(x - \frac{1}{2})$ ,  $\Phi(x + 1) - \Phi_x$ ,  $\Psi(x + 1) - 2\Psi_x + \Psi(x - 1)$  und  $\Psi(x + \frac{3}{2}) - 2\Psi(x + \frac{1}{2}) + \Psi(x - \frac{1}{2})$  entstehen.

SCHERING.

DETERMINATIO ATTRACTIONIS

QUAM IN PUNCTUM QUODVIS POSITIONIS DATAE

EXERCERET PLANETA SI EIUS MASSA

PER TOTAM ORBITAM

RATIONE TEMPORIS QUO SINGULAE PARTES DESCRIBUNTUR

UNIFORMITER ESSET DISPERTITA

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO GAUSS

SOCIETATI REGIAE SCIENTIARUM EXHIBITA 1818. IAN. 17.

---

Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis recentiores. Vol. IV.

Gottingae MDCCCXVIII.

---



DETERMINATIO ATTRACTIONIS  
QUAM IN PUNCTUM QUODVIS POSITIONIS DATAE  
EXERCERET PLANETA SI EIUS MASSA  
PER TOTAM ORBITAM  
RATIONE TEMPORIS QUO SINGULAE PARTES DESCRIBUNTUR  
UNIFORMITER ESSET DISPERTA.

---

1.

Variationes saeculares, quas elementa orbitae planetariae a perturbatione alius planetae patiuntur, ab huius positione in orbita sunt independentes, atque eadem forent, sive planeta perturbans in orbita elliptica secundum KEPLERI leges incedat, sive ipsius massa per orbitam eatenus aequabiliter disperta concipiatur, ut orbitae partibus, alias aequali temporis intervallo descriptis, iam aequales massae partes tribuantur, siquidem tempora revolutionum planetae perturbati et perturbantis non sint commensurabilia. Theorema hoc elegans, si a nemine hucusque disertis verbis propositum est, saltem perfacile ex astronomiae physicae principiis demonstratur. Problema itaque se offert tum per se, tum propter plura artificia, quae eius solutio requirit, attentione perdignum: attractionem orbitae planetariae, aut si mavis, annuli elliptici, cuius crassities infinite parva, atque secundum legem modo explicatam variabilis, in punctum quodlibet positione datum exacte determinare.

2.

Denotando excentricitatem orbitae per  $e$ , atque puncti cuiusvis in ipsa anomaliam excentricam per  $E$ , huius elemento  $dE$  respondebit elementum anomaliae mediae  $(1 - e \cos E) dE$ ; quamobrem elementum massae ei orbitae portiunculae, cui respondent illa elementa,tribuendum, erit ad massam integram, quam pro unitate accipiemus, ut  $(1 - e \cos E) dE$  ad  $2\pi$ , exprimente  $\pi$  semicircumfe-

rentiam circuli pro radio 1. Statuendo itaque distantiam puncti attracti a puncto orbitae  $= \rho$ , attractio ab orbitae elemento producta erit

$$= \frac{(1 - e \cos E) dE}{2\pi\rho}$$

Designabimus semiaxem maiorem per  $a$ , semiaxem minorem per  $b$ , atque illum tamquam lineam abscissarum, centrumque ellipsis tamquam initium adoptabimus. Hinc erit  $aa - bb = aae$ , abscissa puncti orbitae  $= a \cos E$ , ordinata  $= b \sin E$ . Denique distantiam puncti attracti a plano orbitae denotabimus per  $C$ , atque coordinatas reliquas axi maiori et minori parallelas per  $A$  et  $B$ . His ita praeparatis, attractio elementi orbitae decomponetur in duas axi maiori et minori parallelas atque tertiam plano orbitae normalem, puta

$$\frac{(A - a \cos E)(1 - e \cos E) dE}{2\pi\rho^2} = d\xi$$

$$\frac{(B - b \sin E)(1 - e \cos E) dE}{2\pi\rho^2} = d\eta$$

$$\frac{C(1 - e \cos E) dE}{2\pi\rho^2} = d\zeta$$

ubi  $\rho = \sqrt{(A - a \cos E)^2 + (B - b \sin E)^2 + CC}$ .

Integratis hisce differentialibus ab  $E = 0$  usque ad  $E = 360^\circ$ , prodibunt attractiones partiales  $\xi, \eta, \zeta$  secundum directiones, directionibus coordinatarum oppositas, e quibus attractio integra composita erit, et quas per methodum notam ad quaslibet alias directiones referre licebit.

### 3.

Rei summa iam in eo versatur, ut introducta loco ipsius  $E$  alia variabili, quantitas radicalis in formam simpliciorum redigatur. Ad hunc finem statuimus

$$\cos E = \frac{\alpha + \alpha' \cos T + \alpha'' \sin T}{\gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T}, \quad \sin E = \frac{\delta + \delta' \cos T + \delta'' \sin T}{\gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T}$$

ubi autem novem coëfficientes  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. manifesto non sunt penitus arbitrarii, sed certis conditionibus satisfacere debent, quas ante omnia perscrutari oportet. Primo observamus, substitutionem eandem manere, si omnes coëfficientes per eundem factorem multiplicentur, ita ut absque generalitatis detrimento uni ex ipsis valorem determinatum tribuere, e. g. statuere liceret  $\gamma = 1$ : attamen concinnitatis causa omnes novem aliquantisper indefiniti maneant. Porro monemus, ex-

cludi debere valores tales, ubi  $\alpha, \alpha', \alpha''$  vel  $\delta, \delta', \delta''$  ipsis  $\gamma, \gamma', \gamma''$  resp. proportionales essent: alioquin enim  $E$  haud amplius indeterminata maneret. Nequeunt igitur  $\gamma\alpha'' - \gamma''\alpha', \gamma''\alpha - \gamma\alpha'', \gamma\alpha' - \gamma'\alpha$  simul evanescere.

Manifesto coëfficientes  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. ita comparati esse debent, ut fiat indefinite

$$\left. \begin{aligned} &(\alpha + \alpha' \cos T + \alpha'' \sin T)^2 \\ &+ (\delta + \delta' \cos T + \delta'' \sin T)^2 \\ &- (\gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T)^2 \end{aligned} \right\} = 0$$

unde necessario haec functio habere debet formam

$$k(\cos T^2 + \sin T^2 - 1)$$

Hinc colligimus sex aequationes conditionales

$$\left. \begin{aligned} -\alpha\alpha - \delta\delta + \gamma\gamma &= k \\ -\alpha'\alpha' - \delta'\delta' + \gamma'\gamma' &= -k \\ -\alpha''\alpha'' - \delta''\delta'' + \gamma''\gamma'' &= -k \\ -\alpha'\alpha'' - \delta'\delta'' + \gamma'\gamma'' &= 0 \\ -\alpha''\alpha - \delta''\delta + \gamma''\gamma &= 0 \\ -\alpha\alpha' - \delta\delta' + \gamma\gamma' &= 0 \end{aligned} \right\} \text{(I)}$$

Ab his aequationibus pendent plures aliae, quas evolvere operae pretium erit. Statuendo brevitatis caussa

$$\alpha\delta'\gamma'' + \alpha'\delta''\gamma + \alpha''\delta\gamma' - \alpha\delta''\gamma' - \alpha'\delta\gamma'' - \alpha''\delta'\gamma = \varepsilon \dots \dots \dots \text{(II)}$$

e combinatione aequationum (I) facile derivantur novem sequentes:

$$\left. \begin{aligned} \varepsilon\alpha &= -k(\delta'\gamma'' - \gamma'\delta'') \\ \varepsilon\delta &= -k(\gamma'\alpha'' - \alpha'\gamma'') \\ \varepsilon\gamma &= +k(\alpha'\delta'' - \delta'\alpha'') \\ \varepsilon\alpha' &= +k(\delta''\gamma - \gamma''\delta) \\ \varepsilon\delta' &= +k(\gamma''\alpha - \alpha''\gamma) \\ \varepsilon\gamma' &= -k(\alpha''\delta - \delta''\alpha) \\ \varepsilon\alpha'' &= +k(\delta\gamma' - \gamma\delta') \\ \varepsilon\delta'' &= +k(\gamma\alpha' - \alpha\gamma') \\ \varepsilon\gamma'' &= -k(\alpha\delta' - \delta\alpha') \end{aligned} \right\} \text{(III)}$$

E tribus primis harum aequationum rursus deducimus hanc:

$$\begin{aligned} & \varepsilon \alpha (\delta' \gamma'' - \gamma' \delta'') + \varepsilon \delta (\gamma' \alpha'' - \alpha' \gamma'') + \varepsilon \gamma (\alpha' \delta'' - \delta' \alpha'') \\ & = -k (\delta' \gamma'' - \gamma' \delta'')^2 - k (\gamma' \alpha'' - \alpha' \gamma'')^2 + k (\alpha' \delta'' - \delta' \alpha'')^2 \end{aligned}$$

cui aequivalens est haec:

$$\varepsilon \varepsilon = k (-\alpha' \alpha' - \delta' \delta' + \gamma' \gamma') (-\alpha'' \alpha'' - \delta'' \delta'' + \gamma'' \gamma'') - k (-\alpha' \alpha'' - \delta' \delta'' + \gamma' \gamma'')^2$$

quae adiumento aequationum 2, 3, 4 in (I) mutatur in hanc:

$$\varepsilon \varepsilon = k^3 \dots \dots \dots \text{(IV)}$$

Aequae facile ex aequationibus (I) derivantur hae:

$$\left. \begin{aligned} (\delta' \gamma'' - \gamma' \delta'')^2 &= -k(k - \alpha' \alpha' - \alpha'' \alpha'') \\ (\gamma' \alpha'' - \alpha' \gamma'')^2 &= -k(k - \delta' \delta' - \delta'' \delta'') \\ (\alpha' \delta'' - \delta' \alpha'')^2 &= +k(k + \gamma' \gamma' + \gamma'' \gamma'') \\ (\delta'' \gamma - \gamma'' \delta)^2 &= +k(k + \alpha \alpha - \alpha'' \alpha'') \\ (\gamma'' \alpha - \alpha'' \gamma)^2 &= +k(k + \delta \delta - \delta'' \delta'') \\ (\alpha'' \delta - \delta'' \alpha)^2 &= -k(k - \gamma \gamma + \gamma'' \gamma'') \\ (\delta \gamma' - \gamma \delta')^2 &= +k(k + \alpha \alpha - \alpha' \alpha') \\ (\gamma \alpha' - \alpha \gamma')^2 &= +k(k + \delta \delta - \delta' \delta') \\ (\alpha \delta' - \delta \alpha')^2 &= -k(k - \gamma \gamma + \gamma' \gamma') \end{aligned} \right\} \text{(V)}$$

Exempli causa evolutionem primae adscribimus, ad cuius instar reliquae facile formabuntur. Aequationes 4, 2, 3 in (I) scilicet suppeditant

$$(\gamma' \gamma'' - \delta' \delta'')^2 - (\gamma' \gamma' - \delta' \delta') (\gamma'' \gamma'' - \delta'' \delta'') = \alpha' \alpha' \alpha'' \alpha'' - (\alpha' \alpha' - k) (\alpha'' \alpha'' - k)$$

quae aequatio evoluta protinus ipsam primam in (V) sistit.

Ex his aequationibus (V) concludimus, valorem  $k = 0$  in disquisitione nostra haud admissibilem esse; hinc enim omnes novem quantitates  $\delta' \gamma'' - \gamma' \delta''$  etc. necessario evanescerent, i. e. coefficients  $\alpha, \alpha', \alpha''$  tum ipsis  $\delta, \delta', \delta''$ , tum ipsis  $\gamma, \gamma', \gamma''$  proportionales evaderent. Hinc etiam, propter aequationem IV, quantitas  $\varepsilon$  evanescere nequit; quamobrem  $k$  necessario debet esse quantitas positiva, siquidem omnes coefficients  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. debent esse reales. Combinatis tribus aequationibus primis in (III) cum tribus primis in (V), hae novae prodeunt, quae manifesto a valore ipsius  $k$  non evanescente pendent:



$$\left. \begin{aligned} \alpha\alpha - \alpha'\alpha' - \alpha''\alpha'' &= -k \\ \epsilon\epsilon - \epsilon'\epsilon' - \epsilon''\epsilon'' &= -k \\ \gamma\gamma - \gamma'\gamma' - \gamma''\gamma'' &= +k \end{aligned} \right\} \text{(VI)}$$

Combinatio reliquarum easdem produceret. His denique adiungimus tres sequentes:

$$\left. \begin{aligned} \epsilon\gamma - \epsilon'\gamma' - \epsilon''\gamma'' &= 0 \\ \gamma\alpha - \gamma'\alpha' - \gamma''\alpha'' &= 0 \\ \alpha\epsilon - \alpha'\epsilon' - \alpha''\epsilon'' &= 0 \end{aligned} \right\} \text{(VII)}$$

quae facile ex aequationibus III derivantur; e. g. secunda, quinta et octava sup-  
peditant:

$$\epsilon\epsilon\gamma - \epsilon\epsilon'\gamma' - \epsilon\epsilon''\gamma'' = -k\gamma(\gamma'\alpha'' - \alpha'\gamma'') - k\gamma'(\gamma''\alpha - \alpha''\gamma) - k\gamma''(\gamma\alpha' - \alpha\gamma') = 0$$

Manifesto hae quoque aequationes ab exclusione valoris  $k = 0$  sunt dependentes\*).

Quoniam, ut iam supra monuimus, omnes coëfficientes  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. per eundem factorem multiplicare licet, unde valor ipsius  $k$  per quadratum eiusdem factoris multiplicatus prodibit, abhinc semper supponemus

$$k = 1$$

quo pacto necessario quoque erit vel  $\epsilon = +1$  vel  $\epsilon = -1$ . Patet itaque, no-  
vem coëfficientes  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc., inter quos sex aequationes conditionales adsunt,  
ad tres quantitates ab invicem independentes reducibiles esse debere, quod qui-  
dem commodissime per tres angulos sequenti modo efficitur:

$$\begin{aligned} \alpha &= \cos L \operatorname{tang} N \\ \epsilon &= \sin L \operatorname{tang} N \\ \gamma &= \sec N \\ \alpha' &= \cos L \cos M \sec N \pm \sin L \sin M \\ \epsilon' &= \sin L \cos M \sec N \mp \cos L \sin M \\ \gamma' &= \cos M \operatorname{tang} N \\ \alpha'' &= \cos L \sin M \sec N \mp \sin L \cos M \\ \epsilon'' &= \sin L \sin M \sec N \pm \cos L \cos M \\ \gamma'' &= \sin M \operatorname{tang} N \end{aligned}$$

\*) Forsan haud superfluum erit monere, nos analysin praecedentem consulto elegisse atque alii deri-  
vationi relationum III—VII praetulisse, quae quamquam aliquantulum elegantior videretur, tamen, accurate  
examinata, quibusdam dubiis obnoxia inventa est, quae non sine ambagibus remove licuisset.

ubi signorum ambiguum superiora referuntur ad casum  $\varepsilon = +1$ , inferiora ad casum  $\varepsilon = -1$ . Attamen tractatio analytica ad maximam partem elegantius sine usu horum angulorum absolvitur. Ceterum haud difficile foret, significationem geometricam tum horum angulorum, tum reliquarum quantitatum auxiliarium in hac disquisitione occurrentium assignare; hanc vero interpretationem ad institutum nostrum haud necessariam lectori perito explicandam linquimus.

## 4.

Si iam in expressione distantiae  $\rho$  pro  $\cos E$  et  $\sin E$  valores supra assumpti substituuntur, illa in hanc formam transibit:

$$\rho = \frac{\sqrt{(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2 + 2H \cos T \sin T + 2H' \sin T + 2H'' \cos T)}}{\gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T}$$

ubi coefficients  $\alpha, \alpha', \alpha''$  etc. ita determinabimus, ut salvis sex aequationibus conditionalibus

$$\left. \begin{aligned} -\alpha\alpha - \delta\delta + \gamma\gamma &= 1 \\ -\alpha'\alpha' - \delta'\delta' + \gamma'\gamma' &= -1 \\ -\alpha''\alpha'' - \delta''\delta'' + \gamma''\gamma'' &= -1 \\ -\alpha'\alpha'' - \delta'\delta'' + \gamma'\gamma'' &= 0 \\ -\alpha''\alpha - \delta''\delta + \gamma''\gamma &= 0 \\ -\alpha\alpha' - \delta\delta' + \gamma\gamma' &= 0 \end{aligned} \right\} [1]$$

adeoque etiam reliquis inde demanantibus, fiat

$$H = 0, \quad H' = 0, \quad H'' = 0$$

quo pacto problema generaliter loquendo erit determinatum. Quodsi itaque denominatorem ipsius  $\rho$  per  $t$  denotamus, transire debet functio trium quantitatum  $t, t \cos E, t \sin E$  haec

$$(AA + BB + CC)tt + aa(t \cos E)^2 + bb(t \sin E)^2 - 2aAt \cdot t \cos E - 2bBt \cdot t \sin E$$

per substitutionem

$$\begin{aligned} t \cos E &= \alpha + \alpha' \cos T + \alpha'' \sin T \\ t \sin E &= \delta + \delta' \cos T + \delta'' \sin T \\ t &= \gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T \end{aligned}$$

in

$$G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2$$

Manifesto hoc idem est, ac si dicas, functionem trium indeterminatarum  $x, y, z$  hanc ( $W$ )

$$aaxx + bbyy + (AA + BB + CC)zz - 2aAxz - 2bByz$$

per substitutionem

$$\begin{aligned} x &= \alpha u + \alpha' u' + \alpha'' u'' \\ y &= \beta u + \beta' u' + \beta'' u'' \\ z &= \gamma u + \gamma' u' + \gamma'' u'' \end{aligned}$$

in functionem indeterminatarum  $u, u', u''$  hanc

$$Guu + G'u'u' + G''u''u''$$

transire debere. At quum ex his formulis, adiumento aequationum [1], facile sequatur

$$\begin{aligned} u &= -\alpha x - \beta y + \gamma z \\ u' &= \alpha' x + \beta' y - \gamma' z \\ u'' &= \alpha'' x + \beta'' y - \gamma'' z \end{aligned}$$

manifesto functio  $W$  identica esse debet cum hac

$$G(-\alpha x - \beta y + \gamma z)^2 + G'(\alpha' x + \beta' y - \gamma' z)^2 + G''(\alpha'' x + \beta'' y - \gamma'' z)^2$$

unde habemus sex aequationes

$$\left. \begin{aligned} aa &= G\alpha\alpha + G'\alpha'\alpha' + G''\alpha''\alpha'' \\ bb &= G\beta\beta + G'\beta'\beta' + G''\beta''\beta'' \\ AA + BB + CC &= G\gamma\gamma + G'\gamma'\gamma' + G''\gamma''\gamma'' \\ bB &= G\beta\gamma + G'\beta'\gamma' + G''\beta''\gamma'' \\ aA &= G\gamma\alpha + G'\gamma'\alpha' + G''\gamma''\alpha'' \\ 0 &= G\alpha\beta + G'\alpha'\beta' + G''\alpha''\beta'' \end{aligned} \right\} [2]$$

Ex his duodecim aequationibus [1] et [2] incognitas nostras  $G, G', G'', \alpha, \alpha', \alpha''$  etc., determinare oportebit.

5.

E combinatione aequationum [1] et [2] facile derivantur sequentes:

$$\begin{aligned} -\alpha aa + \gamma aA &= \alpha G \\ -\mathfrak{c} bb + \gamma bB &= \mathfrak{c} G \\ \gamma(AA + BB + CC) - \alpha aA - \mathfrak{c} bB &= \gamma G \end{aligned}$$

unde fit porro

$$\begin{aligned} \alpha &= \frac{\gamma aA}{aa + G} \dots\dots\dots [3] \\ \mathfrak{c} &= \frac{\gamma bB}{bb + G} \dots\dots\dots [4] \\ AA + BB + CC - \frac{aaAA}{aa + G} - \frac{bbBB}{bb + G} &= G \end{aligned}$$

Ultimam sic quoque exhibere possumus

$$\frac{AA}{aa + G} + \frac{BB}{bb + G} + \frac{CC}{G} = 1 \dots\dots [5]$$

Perinde e combinatione aequationum [1] et [2] deducimus

$$\begin{aligned} \alpha'aa - \gamma'aA &= \alpha'G' \\ \mathfrak{c}'bb - \gamma'bB &= \mathfrak{c}'G' \\ -\gamma'(AA + BB + CC) + \alpha'aA + \mathfrak{c}'bB &= \gamma'G' \end{aligned}$$

atque hinc

$$\begin{aligned} \alpha' &= \frac{\gamma'aA}{aa - G'} \dots\dots\dots [6] \\ \mathfrak{c}' &= \frac{\gamma'bB}{bb - G'} \dots\dots\dots [7] \\ \frac{AA}{aa - G'} + \frac{BB}{bb - G'} - \frac{CC}{G'} &= 1 \dots\dots [8] \end{aligned}$$

et prorsus simili modo

$$\begin{aligned} \alpha'' &= \frac{\gamma''aA}{aa - G''} \dots\dots\dots [9] \\ \mathfrak{c}'' &= \frac{\gamma''bB}{bb - G''} \dots\dots\dots [10] \\ \frac{AA}{aa - G''} + \frac{BB}{bb - G''} - \frac{CC}{G''} &= 1 \dots\dots [11]. \end{aligned}$$

Patet itaque,  $G$ ,  $-G'$ ,  $-G''$  esse radices aequationis

$$\frac{AA}{aa + x} + \frac{BB}{bb + x} + \frac{CC}{x} = 1 \dots\dots [12]$$

quae rite evoluta ita se habet

$$x^3 - (AA + BB + CC - aa - bb)xx + (aabb - aaBB - aaCC - bbAA - bbCC)x - aabbCC = 0 \dots\dots\dots [13]$$

6:

Iam de indole huius aequationis cubicae sequentia sunt notanda.

I. Ex aequationis termino ultimo  $-aabbCC$  concluditur, eam certe habere radicem unam realem, et quidem vel positivam, vel, si  $C = 0$ , cifrae aequalem. Denotemus hanc radicem realem non negativam per  $g$ .

II. Subtrahendo ab aequatione 12, ita exhibita

$$x = \frac{AAx}{aa+x} + \frac{BBx}{bb+x} + CC$$

hanc:

$$g = \frac{AAg}{aa+g} + \frac{BBg}{bb+g} + CC$$

et dividendo per  $x - g$ , oritur nova, duas reliquas radices complectens

$$1 = \frac{aaAA}{(aa+x)(aa+g)} + \frac{bbBB}{(bb+x)(bb+g)}$$

quae rite ordinata et soluta suppeditat [14]

$$2x = \frac{aaAA}{aa+g} + \frac{bbBB}{bb+g} - aa - bb \pm \sqrt{((aa - bb - \frac{aaAA}{aa+g} + \frac{bbBB}{bb+g})^2 + \frac{4aabbAA BB}{(aa+g)(bb+g)})}$$

Haec expressio, quum quantitas sub signo radicali natura sua sit positiva, vel saltem non negativa, monstrat, etiam duas reliquas radices semper fieri reales.

III. Subtrahendo autem ab invicem aequationes istas sic exhibitas

$$gx = \frac{AAgx}{aa+x} + \frac{BBgx}{bb+x} + gCC$$

$$gx = \frac{AAgx}{aa+g} + \frac{BBgx}{bb+g} + xCC$$

et dividendo per  $g - x$ , prodit aequatio duas reliquas radices continens in hacce forma:

$$0 = \frac{AAgx}{(aa+g)(aa+x)} + \frac{BBgx}{(bb+g)(bb+x)} + CC$$

cui manifesto, si  $g$  est quantitas positiva, per valorem positivum ipsius  $x$  satisfieri nequit. Unde concludimus, aequationem nostram cubicam radices positivas plures quam unam habere non posse.

IV. Quoties itaque 0 non est inter radices aequationis nostrae, aderunt necessario radix una positiva cum duabus negativis. Quoties vero  $C = 0$ , adeoque 0 una radicem, reliquas complectetur aequatio

$$xx - (AA + BB - aa - bb)x + aabb - aaBB - bbAA = 0$$

unde hae radices exprimentur per

$$\frac{1}{2}(AA + BB - aa - bb) \pm \frac{1}{2}\sqrt{(AA - BB - aa + bb)^2 + 4AABB}$$

Tres casus hic iterum distinguere oportebit.

*Primo* si terminus ultimus  $aabb - aaBB - bbAA$  est positivus (i. e. si punctum attractum in plano ellipsis attrahentis *intra* curvam iacet), ambae radices, quum reales esse debeant, eodem signo affectae erunt, adeoque quum simul positivae esse nequeant, necessario erunt negativae. Ceterum hoc etiam independenter ab iis, quae iam demonstrata sunt, inde concludi potest, quod coëfficiens medius, quem ita exhibere licet

$$(aabb - aaBB - bbAA)\left(\frac{1}{aa} + \frac{1}{bb}\right) + \frac{bbAA}{aa} + \frac{aaBB}{bb}$$

manifesto in hoc casu sit positivus.

*Secundo*, si terminus ultimus est negativus, sive punctum attractum in plano ellipsis *extra* curvam situm, necessario altera radix positiva erit, altera negativa.

*Tertio* autem, si terminus ultimus ipse evanesceret, sive punctum attractum in ipsa ellipsis circumferentia iaceret, etiam radix secunda fieret  $= 0$ , atque tertia

$$= -\frac{bbAA}{aa} - \frac{aaBB}{bb}$$

i. e. negativa. Ceterum hunc casum, physice impossibilem, et in quo attractio ipsa infinite magna evaderet, a disquisitione nostra, hocce saltem loco, excludemus.

7.

Ad determinandos coëfficientes  $\gamma, \gamma', \gamma''$ , ex aequationibus 1, 3, 4, 6, 7, 9, 10 invenimus

$$\left. \begin{aligned} \gamma &= \frac{1}{\sqrt{(1 - (\frac{aA}{aa+G})^2 - (\frac{bB}{bb+G})^2)}} \\ \gamma' &= \frac{1}{\sqrt{((\frac{aA}{aa-G'})^2 + (\frac{bB}{bb-G'})^2 - 1)}} \\ \gamma'' &= \frac{1}{\sqrt{((\frac{aA}{aa-G''})^2 + (\frac{bB}{bb-G''})^2 - 1)}} \end{aligned} \right\} [15]$$

Ex his aequationibus rite cum 5, 8, 11 combinatis etiam sequitur:

$$\left. \begin{aligned} \gamma &= \sqrt{\frac{G}{(\frac{AG}{aa+G})^2 + (\frac{BG}{bb+G})^2 + CC}} \\ \gamma' &= \sqrt{\frac{G'}{(\frac{AG'}{aa-G'})^2 + (\frac{BG'}{bb-G'})^2 + CC}} \\ \gamma'' &= \sqrt{\frac{G''}{(\frac{AG''}{aa-G''})^2 + (\frac{BG''}{bb-G''})^2 + CC}} \end{aligned} \right\} [16]$$

Hae posteriores expressiones ostendunt, nullam quantitatum  $G, G', G''$  negativam esse posse, siquidem  $\gamma, \gamma', \gamma''$  debent esse reales.

In casu itaque eo, ubi non est  $C = 0$ , necessario  $G$  aequalis statui debet radici positivae aequationis  $B$ , patetque adeo,  $-G'$  aequalem esse debere alteri radici negativae, atque  $-G''$  aequalem alteri\*); utram vero radicem pro  $-G'$ , utram pro  $-G''$  adoptemus, prorsus arbitrarium erit.

Quoties  $C = 0$ , punctumque attractum intra curvam situm, duas radices negativas aequationis 13 necessario pro  $-G'$  et  $-G''$  adoptare et proin  $G = 0$  statuere oportet. Quoniam vero in hoc casu formula prima in 16 fit indeterminata, formulam primam in 15 eius loco retinebimus, quae suppeditat

$$\gamma = \frac{1}{\sqrt{(1 - \frac{AA}{aa} - \frac{BB}{bb})}}$$

Quoties autem pro  $C = 0$  punctum attractum extra ellipsin iacet. aequa-

\*) Proprie quidem ex analysi praecedenti tantummodo sequitur,  $-G'$  et  $-G''$  satisfacere debere aequationi 13, unde dubium esse videtur, annon liceat, utramque  $-G'$  et  $-G''$  eidem radici negativae aequalem ponere, prorsus neglecta radice tertia. Sed facile perspicietur, siquidem aequationis radix secunda et tertia sint inaequales, ex  $-G' = -G''$  sequi  $\gamma' = \gamma'', \alpha' = \alpha'', \delta' = \delta''$ , et proin  $-\alpha'\alpha'' - \delta'\delta'' + \gamma'\gamma'' = -\alpha'\alpha' - \delta'\delta' + \gamma'\gamma' = 1$ , quod aequationi quartae in [1] est contrarium. Conf. quae infra de casu duarum radicum aequalium aequationis 13 dicentur.

tionis 13 radix positiva statuenda est  $= G$ , atque vel negativa  $= -G'$ , et  $G'' = 0$ , vel radix negativa  $= -G''$ , et  $G' = 0$ ; coefficientem  $\gamma''$  vel  $\gamma'$  vero inuenimus per formulam

$$\sqrt{\left(\frac{AA}{aa} + \frac{BB}{bb} - 1\right)}$$

Ceterum in casu iam excluso, ubi punctum attractum in ipsa circumferentia ellipsis situm supponeretur, coefficientes  $\gamma$  et  $\gamma'$ , vel  $\gamma$  et  $\gamma''$  evaderent infiniti, quod indicat, transformationem nostram ad hunc casum omnino non esse applicabilem.

8.

Quamquam formulae 15, 16 ad determinationem coefficientium  $\gamma, \gamma', \gamma''$  sufficere possent, tamen etiam elegantiores assignare licet. Ad hunc finem multiplicabimus aequationem [5] per  $aabb - GG$ , unde prodit, levi reductione facta,

$$\frac{aaAA(bb+G)}{aa+G} - AAG + \frac{bbBB(aa+G)}{bb+G} - BBG + \frac{aabbCC}{G} - CCG = aabb - GG$$

Sed e natura aequationis cubicae fit

$$\begin{aligned} \text{summa radicum } G - G' - G'' &= AA + BB + CC - aa - bb \\ \text{productum radicum } GG'G'' &= aabbCC \end{aligned}$$

Hinc aequatio praecedens transit in sequentem:

$$\frac{aaAA(bb+G)}{aa+G} + \frac{bbBB(aa+G)}{bb+G} + G'G'' - G(G - G' - G'' + aa + bb) = aabb - GG$$

quam etiam sic exhibere licet

$$\frac{aaAA(bb+G)}{aa+G} + \frac{bbBB(aa+G)}{bb+G} - (aa+G)(bb+G) + (G+G')(G+G'') = 0$$

Hinc valor coefficientis  $\gamma$  e formula prima in [15] transmutatur in sequentem:

$$\gamma = \sqrt{\frac{(aa+G)(bb+G)}{(G+G')(G+G'')}} \dots \dots \dots [17]$$

Per analysin prorsus similem inuenitur

$$\gamma' = \sqrt{\frac{(aa-G')(bb-G')}{(G+G'')(G''-G')}} \dots \dots \dots [18]$$

$$\gamma'' = \sqrt{\frac{(aa-G'')(bb-G'')}{(G+G')(G'-G'')}} \dots \dots \dots [19]$$



Postquam coëfficientes  $\gamma, \gamma', \gamma''$  inventi sunt, reliqui  $\alpha, \beta, \alpha', \beta', \alpha'', \beta''$  inde per formulas 3, 4, 6, 7, 9, 10 derivabuntur.

9.

Signa expressionum radicalium, per quas  $\gamma, \gamma', \gamma''$  determinavimus, ad lubitum accipi posse facile perspicitur. Operae autem pretium est, inquirere, quomodo signum quantitatis  $\varepsilon$  cum signis istis nexum sit. Ad hunc finem consideremus aequationem tertiam in III art. 3.

$$\varepsilon\gamma = \alpha'\beta'' - \beta'\alpha''$$

quae per formulas 6, 7, 9, 10 transmutatur in hanc:

$$\begin{aligned} \varepsilon\gamma &= \frac{abAB\gamma'\gamma''}{(aa-G')(bb-G'')} - \frac{abAB\gamma'\gamma''}{(aa-G'')(bb-G')} \\ &= \frac{ab(aa-bb)AB(G''-G')\gamma'\gamma''}{(aa-G')(aa-G'')(bb-G')(bb-G'')} \end{aligned}$$

Sed e consideratione aequationis 13 facile deducimus

$$\begin{aligned} (aa+G)(aa-G')(aa-G'') &= aa(aa-bb)AA \\ (bb+G)(bb-G')(bb-G'') &= -bb(aa-bb)BB \end{aligned}$$

Hinc aequatio praecedens fit

$$\varepsilon\gamma = \frac{(aa+G)(bb+G)(G'-G'')\gamma'\gamma''}{ab(aa-bb)AB}$$

quae combinata cum aequatione 17 suppeditat

$$\gamma\gamma'\gamma'' = \frac{\varepsilon ab(aa-bb)AB}{(G+G')(G+G'')(G'-G'')}$$

Hinc patet, si pro  $-G'$  electa sit aequationis cubicae radix negativa absolute maior, simulque coëfficientes  $\gamma, \gamma', \gamma''$  omnes positive accepti sint,  $\varepsilon$  idem signum nancisci, quod habet  $AB$ , idemque evenire, si his quatuor conditionibus, vel omnibus vel duabus ex ipsis, contraria acta sint, oppositum vero, si uni vel tribus conditionibus adversatus fueris. Ceterum sequentes adhuc relationes notare convenit, e praecedentibus facile derivandas:

$$\begin{aligned}\alpha\alpha'\alpha'' &= \frac{\varepsilon aabAA B}{(G+G')(G+G'')(G'-G'')} \\ \beta\beta'\beta'' &= -\frac{\varepsilon abbABB}{(G+G')(G+G'')(G'-G'')} \\ \alpha\beta &= \frac{abAB}{(G+G')(G+G'')} \\ \alpha'\beta' &= -\frac{abAB}{(G+G')(G'-G'')} \\ \alpha''\beta'' &= \frac{abAB}{(G+G'')(G'-G'')}\end{aligned}$$

## 10.

Formulae nostrae quibusdam casibus indeterminatae fieri possunt, quos seorsim considerare oportet. Ac primo quidem discutiemus casum eum, ubi aequationis cubicae radices negativae  $-G'$ ,  $-G''$  aequales fiunt, unde, per formulas 18, 19, coefficientes  $\gamma$ ,  $\gamma''$  valores infinitos nancisci videntur, qui autem revera sunt indeterminati.

Statuendo in formula 14,  $g = G$ , patet, ut duo valores ipsius  $x$ , i. e. ut  $-G'$  et  $-G''$  fiant aequales, necessario esse debere

$$AB = 0, \quad aa - bb - \frac{aaAA}{aa+G} + \frac{bbBB}{bb+G} = 0$$

Hinc facile intelligitur, quum  $aa - bb$  natura sua sit vel quantitas positiva, vel  $= 0$ , esse debere

$$\begin{aligned}B &= 0 \\ aa - bb &= \frac{aaAA}{aa+G}, \quad \text{sive} \quad aa + G = \frac{aaAA}{aa - bb}\end{aligned}$$

Substituendo hos valores in aequatione 14, fit

$$G' = G'' = bb$$

Substituendo porro valorem  $x = -bb$  in aequatione cubica 13, prodit

$$(aa - bb)(CC + bb) = bbAA$$

Quoties haec aequatio conditionalis simul cum aequatione  $B = 0$  locum habet, casus, quem hic tractamus, adducitur. Et quum fiat

$$G = \frac{aaAA}{aa - bb} - aa = \frac{aaCC}{bb}$$

formula 17 suppeditat

$$\gamma = \sqrt{\frac{aabbAA}{(aa-bb)(aaCC+b^*)}} = \sqrt{\frac{aaCC+aabb}{aaCC+b^*}}$$

ac dein formulae 3, 4

$$\alpha = \frac{\gamma(aa-bb)}{aA} = \frac{\gamma bbA}{a(CC+bb)} = \sqrt{\frac{bb(aa-bb)}{aaCC+b^*}} = \sqrt{\frac{b^*AA}{(CC+bb)(aaCC+b^*)}}$$

$$\delta = 0$$

Valores coefficientium  $\gamma'$ ,  $\gamma''$  per formulas 18, 19 in hoc casu indeterminati manent, atque sic etiam valores coefficientium reliquorum  $\alpha'$ ,  $\delta'$ ,  $\alpha''$ ,  $\delta''$ . Nihilominus per unum horum coefficientium omnes quinque reliqui exprimi possunt, e. g. fit per formulam 6

$$\alpha' = \frac{\gamma'aA}{aa-bb}$$

ac dein

$$\delta' = \sqrt{(1-\alpha'\alpha'+\gamma'\gamma')}, \quad \gamma'' = \sqrt{(\gamma\gamma-1-\gamma'\gamma')}, \quad \alpha'' = \frac{\gamma''aA}{aa-bb}, \quad \delta'' = \sqrt{(1-\alpha''\alpha''+\gamma''\gamma'')}$$

Sed concinnius hoc ita perficitur. Ex

$$\gamma\gamma = 1 + \alpha\alpha, \quad \alpha\alpha' = \gamma\gamma', \quad 1 = \alpha'\alpha' + \delta'\delta' - \gamma'\gamma'$$

sequitur

$$\delta'\delta' + \frac{\gamma'\gamma'}{\alpha\alpha} = 1 - \alpha'\alpha' + \frac{\gamma\gamma}{\alpha\alpha} = 1$$

Quapropter statuere possumus

$$\delta' = \cos f, \quad \gamma' = \alpha \sin f, \quad \alpha' = \gamma \sin f$$

Dein vero e formulis

$$\varepsilon\alpha'' = \delta'\gamma' - \gamma\delta', \quad \varepsilon\delta'' = \gamma\alpha' - \alpha\gamma', \quad \varepsilon\gamma'' = \delta\alpha' - \alpha\delta', \quad \varepsilon\varepsilon = 1$$

invenimus

$$\alpha'' = -\varepsilon\gamma \cos f, \quad \delta'' = \varepsilon \sin f, \quad \gamma'' = -\varepsilon\alpha \cos f$$

Valor anguli  $f$  hic arbitrarius est, nec non pro lubitu statui poterit vel  $\varepsilon = +1$  vel  $\varepsilon = -1$ .

11.

Si  $G'$ ,  $G''$  sunt inaequales, valores coefficientium  $\gamma$ ,  $\gamma'$ ,  $\gamma''$  per formulas 17, 18, 19 indeterminati esse nequeunt, sed quoties aliqua quantitatam

$aa - G', bb - G', aa - G'', bb - G''$  evanescit, valor coefficientis  $\alpha', \theta', \alpha'', \gamma'$  per formulam 6, 7, 9, 10 resp. indeterminatus manere primo aspectu videtur, quod tamen secus se habere levis attentio docebit.

Supponimus e. g., esse  $aa - G' = 0$ , fietque, per aequationem 18,  $\gamma' = 0$ , nec non per aequationem 7,  $\theta' = 0$  (siquidem non fuerit simul  $aa = bb$ ) unde necessario esse debet  $\alpha' = \pm 1$ . Si vero simul  $aa = bb$ , formula, quae praecedit sextam in art. 5, suppeditat  $\alpha'A + \theta'B = 0$ , quae aequatio cum  $\alpha'\alpha' + \theta'\theta' = 1$  iuncta, producit

$$\alpha' = \frac{B}{\sqrt{AA + BB}}, \quad \theta' = \frac{-A}{\sqrt{AA + BB}}$$

Hae expressiones manifesto indeterminatae esse nequeunt, nisi simul fuerit  $A = 0, B = 0$ ; tunc vero ad casum in art. praec. iam consideratum delaberemur.

## 12.

Postquam duodecim quantitates  $G, G', G'', a, \alpha', \alpha'', \theta, \theta', \theta'', \gamma, \gamma', \gamma''$  complete determinare docuimus, ad evolutionem differentialis  $dE$  progredimur. Statuamus

$$t = \gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T \dots \dots \dots [20]$$

ita ut fiat

$$t \cos E = \alpha + \alpha' \cos T + \alpha'' \sin T \dots \dots \dots [21]$$

$$t \sin E = \theta + \theta' \cos T + \theta'' \sin T \dots \dots \dots [22]$$

Hinc deducimus

$$\begin{aligned} t dE &= \cos E d.t \sin E - \sin E d.t \cos E \\ &= \cos E (\theta'' \cos T - \theta' \sin T) dT - \sin E (\alpha'' \cos T - \alpha' \sin T) dT \end{aligned}$$

adeoque

$$\begin{aligned} t t dE &= (\alpha \theta'' - \alpha'' \theta) \cos T dT + (\alpha' \theta - \theta' \alpha) \sin T dT + (\alpha' \theta'' - \theta' \alpha'') dT \\ &= \varepsilon \gamma' \cos T dT + \varepsilon \gamma'' \sin T dT + \varepsilon \gamma dT = \varepsilon t dT \end{aligned}$$

sive

$$t dE = \varepsilon dT \dots \dots \dots [23]$$

Observare convenit, quantitatem  $t$  natura sua semper positivam esse, si coefficientis  $\gamma$  sit positivus, vel semper negativam, si  $\gamma$  sit negativus. Quum enim sit  $(\gamma' \cos T + \gamma'' \sin T)^2 + (\gamma'' \cos T - \gamma' \sin T)^2 = \gamma' \gamma' + \gamma'' \gamma'' = \gamma \gamma - 1$ , erit semper

$\gamma' \cos T + \gamma'' \sin T$ , sine respectu signi, minor quam  $\gamma$ . Hinc concludimus, quoties  $\varepsilon\gamma$  sit quantitas positiva, variables  $E$  et  $T$  semper simul crescere; quoties autem  $\varepsilon\gamma$  sit quantitas negativa, necessario alteram variabilem semper decrescere, dum altera augeatur.

13.

Nexus inter variables  $E$  et  $T$  adhuc melius illustratur per ratiocinia sequentia. Statuendo  $\sqrt{(\gamma\gamma-1)} = \delta$ , ita ut fiat  $\delta\delta = \alpha\alpha + \theta\theta = \gamma'\gamma' + \gamma''\gamma''$ , ex aequationibus 20, 21, 22 deducimus

$$\begin{aligned} t(\delta + \alpha \cos E + \theta \sin E) &= \gamma\delta + \alpha\alpha + \theta\theta + (\gamma'\delta + \alpha\alpha' + \theta\theta') \cos T + (\gamma''\delta + \alpha\alpha'' + \theta\theta'') \sin T \\ &= (\gamma + \delta)(\delta + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T) \end{aligned}$$

Perinde ex aequationibus 21, 22 sequitur

$$t(\alpha \sin E - \theta \cos E) = \varepsilon(\gamma' \sin T - \gamma'' \cos T)$$

Hae aequationes, statuendo

$$\frac{\alpha}{\delta} = \cos L, \quad \frac{\theta}{\delta} = \sin L, \quad \frac{\gamma'}{\delta} = \cos M, \quad \frac{\gamma''}{\delta} = \sin M$$

nanciscuntur formam sequentem:

$$\begin{aligned} t(1 + \cos(E - L)) &= (\gamma + \delta)(1 + \cos(T - M)) \\ t \sin(E - L) &= \varepsilon \sin(T - M) \end{aligned}$$

unde fit per divisionem, propter  $(\gamma + \delta)(\gamma - \delta) = 1$ ,

$$\begin{aligned} \operatorname{tang} \frac{1}{2}(E - L) &= \varepsilon(\gamma - \delta) \operatorname{tang} \frac{1}{2}(T - M) \\ \operatorname{tang} \frac{1}{2}(T - M) &= \varepsilon(\gamma + \delta) \operatorname{tang} \frac{1}{2}(E - L) \end{aligned}$$

Hinc non solum eadem conclusio derivatur, ad quam in fine art. praec. deducti sumus, sed insuper etiam patet, si valor ipsius  $E$  crescat 360 gradibus, valorem ipsius  $T$  tantundem vel crescere vel diminui, prout  $\varepsilon\gamma$  sit vel quantitas positiva vel negativa. Ceterum statuendo  $\delta = \operatorname{tang} N$ ,  $\gamma = \sec N$ , manifesto erit

$$\gamma - \delta = \operatorname{tang}(45^\circ - \frac{1}{2}N), \quad \gamma + \delta = \operatorname{tang}(45^\circ + \frac{1}{2}N)$$

14.

E combinatione aequationum 20, 21, 22 cum aequationibus art. 5 obtinemus :

$$\begin{aligned} at(A - a \cos E) &= \alpha G - \alpha' G' \cos T - \alpha'' G'' \sin T \\ bt(B - b \sin E) &= \beta G - \beta' G' \cos T - \beta'' G'' \sin T \end{aligned}$$

Statuendo itaque brevitatis gratia

$$\begin{aligned} (\alpha G - \alpha' G' \cos T - \alpha'' G'' \sin T)(\gamma - e\alpha + (\gamma' - e\alpha') \cos T + (\gamma'' - e\alpha'') \sin T) &= \alpha X \\ (\beta G - \beta' G' \cos T - \beta'' G'' \sin T)(\gamma - e\alpha + (\gamma' - e\alpha') \cos T + (\gamma'' - e\alpha'') \sin T) &= \beta Y \\ C(\gamma + \gamma' \cos T + \gamma'' \sin T)(\gamma - e\alpha + (\gamma' - e\alpha') \cos T + (\gamma'' - e\alpha'') \sin T) &= Z \end{aligned}$$

fit

$$d\xi = \frac{\varepsilon X dT}{2\pi t^2 \rho^3}, \quad d\eta = \frac{\varepsilon Y dT}{2\pi t^2 \rho^3}, \quad d\zeta = \frac{\varepsilon Z dT}{2\pi t^2 \rho^3}$$

Sed habetur

$$t\rho = \pm \sqrt{(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)}$$

signo superiore vel inferiore valente, prout  $t$  est quantitas positiva vel negativa ( $\rho$  enim natura sua semper positive accipitur), i. e. prout coëfficiens  $\gamma$  est positivus vel negativus. Hinc

$$\frac{\varepsilon dT}{2\pi t^2 \rho^3} = \pm \frac{dT}{2\pi(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

ubi signum ambiguum a signo quantitatis  $\gamma\varepsilon$  pendet.

Ut iam valores ipsarum  $\xi, \eta, \zeta$  obtineamus, integrationes differentialium exsequi oportet, a valore ipsius  $T$ , cui respondet  $E = 0$ , usque ad valorem, cui respondet  $E = 360^\circ$ , sive etiam (quod manifesto eodem redit) a valore ipsius  $T$ , cui respondet valor arbitrarius ipsius  $E$ , usque ad valorem, cui respondet valor ipsius  $E$  auctus  $360^\circ$ ; licebit itaque integrare a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$ , quoties  $\varepsilon\gamma$  est quantitas positiva, vel a  $T = 360^\circ$  usque ad  $T = 0$ , quoties  $\varepsilon\gamma$  est negativa. Manifesto itaque, independenter a signo ipsius  $\varepsilon\gamma$ , erit:

$$\begin{aligned} \xi &= \int \frac{X dT}{2\pi(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}} \\ \eta &= \int \frac{Y dT}{2\pi(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}} \\ \zeta &= \int \frac{Z dT}{2\pi(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}} \end{aligned}$$

integrationibus a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensis.

15.

Nulla negotio perspicitur, integralia

$$\int \frac{\cos T d T}{(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\int \frac{\sin T d T}{(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\int \frac{\cos T \sin T d T}{(G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

a  $T = 180^\circ$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensa obtinere valores aequales iis, quos nanciscantur, si a  $T = 0$  usque ad  $T = 180^\circ$  extendantur, sed signis oppositis affectos; quapropter ista integralia a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensa manifesto fiunt  $= 0$ . Hinc colligimus, esse

$$\xi = \int \frac{((\gamma - e\alpha) a G - (\gamma' - e\alpha') a' G' \cos T^2 - (\gamma'' - e\alpha'') a'' G'' \sin T^2) d T}{2 \pi a (G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\eta = \int \frac{((\gamma - e\alpha) b G - (\gamma' - e\alpha') b' G' \cos T^2 - (\gamma'' - e\alpha'') b'' G'' \sin T^2) d T}{2 \pi b (G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\zeta = \int \frac{((\gamma - e\alpha) \gamma + (\gamma' - e\alpha') \gamma' \cos T^2 + (\gamma'' - e\alpha'') \gamma'' \sin T^2) C d T}{2 \pi (G + G' \cos T^2 + G'' \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

integralibus a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensis. Quodsi itaque valores integralium, eadem extensione acceptorum,

$$\int \frac{\cos T^2 d T}{2 \pi ((G + G') \cos T^2 + (G + G'') \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\int \frac{\sin T^2 d T}{2 \pi ((G + G') \cos T^2 + (G + G'') \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

per  $P, Q$  denotamus, erit

$$a\xi = ((\gamma - e\alpha) a G - (\gamma' - e\alpha') a' G') P + ((\gamma - e\alpha) a G - (\gamma'' - e\alpha'') a'' G'') Q$$

$$b\eta = ((\gamma - e\alpha) b G - (\gamma' - e\alpha') b' G') P + ((\gamma - e\alpha) b G - (\gamma'' - e\alpha'') b'' G'') Q$$

$$\zeta = ((\gamma - e\alpha) \gamma + (\gamma' - e\alpha') \gamma') C P + ((\gamma - e\alpha) \gamma + (\gamma'' - e\alpha'') \gamma'') C Q$$

quo pacto problema nostrum complete solutum est.

16.

Quod attinet ad quantitates  $P, Q$ , manifesto quidem utraque fit

$$= \frac{1}{2(G+G')^{\frac{1}{2}}}$$

quoties  $G' = G''$ , in omnibus vero reliquis casibus ad transcendentes sunt referendae. Quas quomodo per series exprimere liceat, abunde constat. Lectoribus autem gratum fore speramus, si hacce occasione determinationem harum aliarumque transcendens per algorithmum peculiarem expeditissimum explicemus, quo per multos iam abhinc annos frequenter usi sumus, et de quo alio loco copiosius agere propositum est.

Sint  $m, n$  duae quantitates positivae, statuamusque

$$m' = \frac{1}{2}(m+n), \quad n' = \sqrt{mn}$$

ita ut  $m', n'$  resp. sit medium arithmeticum et geometricum inter  $m$  et  $n$ . Medium geometricum semper positive accipi supponemus. Perinde fiat

$$\begin{aligned} m'' &= \frac{1}{2}(m' + n'), & n'' &= \sqrt{m'n'} \\ m''' &= \frac{1}{2}(m'' + n''), & n''' &= \sqrt{m''n''} \end{aligned}$$

et sic porro, quo pacto series  $m, m', m'', m'''$  etc., atque  $n, n', n'', n'''$  etc. versus *limitem communem* rapidissime convergent, quem per  $\mu$  designabimus, atque simpliciter *medium arithmetico-geometricum* inter  $m$  et  $n$  vocabimus. Iam demonstrabimus,  $\frac{1}{\mu}$  esse valorem integralis

$$\int \frac{dT}{2\pi\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}}$$

a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensi.

*Demonstr.* Supponamus, variabilem  $T$  ita per aliam  $T'$  exprimi, ut fiat

$$\sin T = \frac{2m \sin T'}{(m+n) \cos T'^2 + 2m \sin T'^2}$$

perspicieturque facile, dum  $T'$  a valore 0 usque ad  $90^\circ, 180^\circ, 270^\circ, 360^\circ$  augeatur, etiam  $T$  (etsi inaequalibus intervallis) a 0 usque ad  $90^\circ, 180^\circ, 270^\circ, 360^\circ$  crescere. Evolutione autem rite facta, invenitur esse

$$\frac{dT}{\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} = \frac{dT'}{\sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)}}$$



adeoque valores integralium

$$\int \frac{dT}{2\pi\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}}, \quad \int \frac{dT'}{2\pi\sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)}}$$

si utriusque variabilis a valore 0 usque ad valorem 360° extenditur, inter se aequales. Et quum perinde ulterius continuare liceat, patet, his valoribus etiam aequalem esse valorem integralis

$$\int \frac{d\theta}{2\pi\sqrt{(\mu\mu \cos \theta^2 + \mu\mu \sin \theta^2)}}$$

a  $\theta = 0$  usque ad  $\theta = 360^\circ$ , qui manifesto fit  $= \frac{1}{\mu}$ . Q. E. D.

17.

Ex aequatione, relationem inter  $T$  et  $T'$  exhibente,

$$(m - n) \sin T \cdot \sin T'^2 = 2m \sin T' - (m + n) \sin T$$

facile deducitur

$$\begin{aligned} \sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)} &= m - (m - n) \sin T \cdot \sin T' \\ \sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)} &= m \cotang T \cdot tang T' \end{aligned}$$

atque hinc, adiumento eiusdem aequationis,

$$\begin{aligned} \sin T \cdot \sin T' \cdot \sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)} + m'(\cos T^2 - \sin T^2) \\ = \cos T \cdot \cos T' \cdot \sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)} - \frac{1}{2}(m - n) \sin T'^2 \end{aligned}$$

Multiplicata hac aequatione per

$$\frac{dT}{\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} = \frac{dT'}{\sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)}}$$

prodit

$$\frac{m'(\cos T^2 - \sin T^2) dT}{\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} = - \frac{\frac{1}{2}(m - n) \sin T'^2 dT'}{\sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)}} + d \cdot \sin T' \cos T$$

Multiplicando hanc aequationem per  $\frac{m-n}{\pi}$ , substituendo  $m'(m-n) = \frac{1}{2}(mm - nn)$ ,  $(m-n)^2 = 4(m'm' - n'n')$ ,  $\sin T'^2 = \frac{1}{2} - \frac{1}{2}(\cos T'^2 - \sin T'^2)$ , et integrando, a valoribus  $T$  et  $T' = 0$  usque ad  $360^\circ$ , habemus:

$$\begin{aligned} (mm - nn) \int \frac{(\cos T^2 - \sin T^2) \cdot dT}{2\pi\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} \\ = - \frac{2(m'm' - n'n')}{\mu} + 2(m'm' - n'n') \int \frac{(\cos T'^2 - \sin T'^2) dT'}{2\pi\sqrt{(m'm' \cos T'^2 + n'n' \sin T'^2)}} \end{aligned}$$

Et quum integrale definitum ad dextram perinde transformare liceat, manifesto integrale

$$\int \frac{(\cos T^2 - \sin T^2) dT}{2\pi \sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}}$$

exprimetur per seriem infinitam citissime convergentem

$$-\frac{2(m'm' - n'n') + 4(m''m'' - n''n'') + 8(m'''m''' - n'''n''') + \text{etc.}}{(mm - nn)\mu} = -\frac{\nu}{\mu}$$

Calculus numericus commodissime per logarithmos perficitur, si statuimus

$$\frac{1}{2}\sqrt{(mm - nn)} = \lambda, \quad \frac{1}{2}\sqrt{(m'm' - n'n')} = \lambda', \quad \frac{1}{2}\sqrt{(m''m'' - n''n'')} = \lambda'' \text{ etc.}$$

unde erit

$$\lambda' = \frac{\lambda\lambda}{m'}, \quad \lambda'' = \frac{\lambda'\lambda'}{m''}, \quad \lambda''' = \frac{\lambda''\lambda''}{m'''} \text{ etc. atque}$$

$$\nu = \frac{2\lambda'\lambda' + 4\lambda''\lambda'' + 8\lambda'''\lambda''' + \text{etc.}}{\lambda\lambda}$$

18.

Per methodum hic explicatam etiam integralia *indefinita* (a valore variabilis = 0 inchoantia) maxima concinnitate assignare licet. Scilicet, si  $T'''$  perinde per  $m', n', T'$  determinari supponitur, uti  $T'$  per  $m, n, T$ , ac perinde rursus  $T'''$  per  $m'', n'', T''$  et sic porro, etiam pro quovis valore determinato ipsius  $T$ , valores terminorum serie  $T, T', T'', T'''$  etc. ad litem  $\theta$  citissime convergent, eritque

$$\int \frac{dT}{\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} = \frac{\theta}{\mu}$$

$$\int \frac{(\cos T^2 - \sin T^2) dT}{\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} = -\frac{\nu\theta}{\mu} + \frac{\lambda' \cos T \sin T' + 2\lambda'' \cos T' \sin T'' + 4\lambda''' \cos T'' \sin T''' + \text{etc.}}{\lambda\lambda}$$

Sed haec obiter hic addigitavisse sufficiat, quum ad institutum nostrum non sint necessaria.

19.

Quodsi iam statuimus  $m = \sqrt{(G + G')}$ ,  $n = \sqrt{(G + G'')}$ , valores quantitatum  $P, Q$  facile ad transcendentem  $\mu, \nu$  reducentur. Quum enim  $P, Q$  sint valores integralium

$$\int \frac{\cos T^2 dT}{2\pi(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}, \quad \int \frac{\sin T^2 dT}{2\pi(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$  extensorum, primo statim obvium est, haberi

$$mmP + nnQ = \frac{1}{\mu} \dots \dots \dots [24]$$

Porro fit

$$\begin{aligned} \frac{(\cos T^2 - \sin T^2) dT}{2\pi\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} + \frac{(mm \cos T^2 - nn \sin T^2) dT}{2\pi(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)^{\frac{3}{2}}} &= \frac{(mm \cos T^2 - nn \sin T^2) dT}{\pi(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)^{\frac{3}{2}}} \\ &= d. \frac{\cos T \sin T}{\pi\sqrt{(mm \cos T^2 + nn \sin T^2)}} \end{aligned}$$

Integrando hanc aequationem a  $T = 0$  usque ad  $T = 360^\circ$ , prodit

$$-\frac{\nu}{\mu} + mmP - nnQ = 0 \dots \dots \dots [25]$$

E combinatione aequationum 24, 25 denique colligimus

$$P = \frac{1+\nu}{2mm\mu}, \quad Q = \frac{1-\nu}{2nn\mu}$$



## A N Z E I G E.

---

Göttingische gelehrte Anzeigen. 1818 Februar 9.

---

Am 17<sup>ten</sup> Januar übergab Hr. Hofr. GAUSS der Königl. Societät eine Vorlesung:

*Determinatio attractionis, quam in punctum quodlibet positionis datae exerceret planeta, cuius massa per totam eius orbitam, ratione temporis, quo singulae partes describuntur, uniformiter esset dispertita.*

Vermöge eines, vielleicht bis jetzt noch von niemand ausdrücklich ausgesprochenen, aber aus den Gründen der physischen Astronomie leicht zu beweisenden Lehrsatzes, sind die Säcularveränderungen einer Planetenbahn durch die Störung eines andern Planeten dieselben, der störende Planet mag seine elliptische Bahn nach Keplers Gesetzen wirklich beschreiben, oder seine Masse mag auf den Umfang der Ellipse in dem Masse vertheilt angenommen werden, dass auf Stücke der Ellipse, die sonst in gleich grossen Zeiten beschrieben werden, gleich grosse Antheile an der ganzen Masse kommen: vorausgesetzt, dass die Umlaufzeiten des gestörten und des störenden Planeten nicht in rationalem Verhältnisse zu einander stehen. Die Aufgabe, welche den Gegenstand dieser Abhandlung ausmacht, nemlich die nicht genäherte, sondern genaue, nicht von mässiger Excentricität der Ellipse abhängige, sondern allgemeine, Bestimmung der Anziehung, welche ein elliptischer Ring von unendlich kleiner und nach obigem

Gesetze unveränderlicher Dicke gegen einen jeden Punkt im Raume ausübt, ist daher für die physische Astronomie von hohem Interesse. Inzwischen ist sie nicht weniger auch in rein mathematischer Hinsicht merkwürdig, wegen der mancherlei Kunstgriffe, welche ihre vollständige Auflösung erfordert.

Von der Auflösung selbst ist es nicht wohl thunlich, hier einen Auszug zu geben. Der Verf. hat eine rein analytische Behandlung gewählt; Kenner, welche ihr mit Aufmerksamkeit folgen, werden leicht die geometrischen Correlate der einzelnen in der Untersuchung vorkommenden Grössen, und die Umschmelzbarkeit in eine geometrische Form wahrnehmen. Hier mag es genügen, nur das Endresultat anzuführen. Drei unbekannte Grössen  $G, G', G''$  werden durch die Wurzeln einer cubischen Gleichung bestimmt, aus deren Beschaffenheit sich beweisen lässt, dass sie alle Mal drei reelle Wurzeln habe. Die nach einer beliebigen Richtung zerlegte Anziehung des elliptischen Ringes wird sodann durch einen Ausdruck von der Form  $pP + qQ$  dargestellt, wo  $p$  und  $q$  algebraisch von  $G, G', G''$  abhängen,  $P$  und  $Q$  hingegen die bestimmten Werthe der Integrale

$$\int \frac{\cos T^2 \cdot dT}{2\pi(m \cos T^2 + n \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

$$\int \frac{\sin T^2 \cdot dT}{2\pi(m \cos T^2 + n \sin T^2)^{\frac{3}{2}}}$$

bedeuten, wenn die Integrationen von  $T = 0$  bis  $T = 360^0 = 2\pi$  ausgedehnt werden, und wo

$$m = \sqrt{(G + G')}, \quad n = \sqrt{(G + G'')}$$

Da diese Integrale ( $m = n$  ausgenommen) transscendenter Natur sind, und bekannter Massen mit andern in der Perturbationsrechnung vorkommenden vielbehandelten Transscendenten zusammenhängen, so konnte die Auflösung, nachdem sie bis auf diesen Punkt geführt war, als vollendet angesehen werden. Der Verfasser hat indessen diese erste sich ihm darbietende Gelegenheit benutzt, um die ersten Linien eines *neuen Algorithmus* zu geben, dessen er sich schon seit einer langen Reihe von Jahren zur Bestimmung dieser Transscendenten bedient hat, und worüber er in Zukunft eine ausgedehnte zu vielen merkwürdigen Resultaten führende Untersuchung bekannt machen wird. Hier können nur die Hauptsätze, mit Uebergang der Beweise angeführt werden. Wenn man aus zwei gegeb-

nen positiven Grössen  $m$  und  $n$ , andere  $m', m'', m'''$  u. s. w.,  $n', n'', n'''$  u. s. w. nach folgenden Gesetzen ableitet:

$$\begin{aligned} m' &= \frac{1}{2}(m + n), & n' &= \sqrt{mn} \\ m'' &= \frac{1}{2}(m' + n'), & n'' &= \sqrt{m'n'} \\ m''' &= \frac{1}{2}(m'' + n''), & n''' &= \sqrt{m''n''} \text{ u. s. w.} \end{aligned}$$

d. i. wenn  $m', n'$  resp. das arithmetische und geometrische Mittel zwischen  $m$  und  $n$  ist; eben so  $m'', n''$  das arithmetische und geometrische Mittel zwischen  $m'$  und  $n'$  u. s. f.: so nähern sich die Glieder sowohl der Reihe  $m, m', m'', m'''$  u. s. w., als die der Reihe  $n, n', n'', n'''$  u. s. w. äusserst schnell einer gemeinschaftlichen Grenze  $= \mu$ , welche der Verfasser das arithmetisch-geometrische Mittel von  $m$  und  $n$  nennt. Offenbar ist  $\mu$  zugleich das arithmetisch-geometrische Mittel von  $m'$  und  $n'$ , oder überhaupt von je zweien zusammengehörigen Gliedern der beiden Reihen. Der Verfasser beweist nun, dass  $\frac{1}{\mu}$  der Werth des Integrals

$$\int \frac{dT}{2\pi\sqrt{(mm\cos T^2 + nn\sin T^2)}}$$

ist, wenn die Integration von  $T = 0$  bis  $T = 360^\circ$  ausgedehnt wird. Man wird leicht sehen, dass diess auch auf folgende Art hätte ausgesprochen werden können: Wenn die Entwicklung der Function

$$\frac{1}{\sqrt{(\alpha + \epsilon \cos \psi)}}$$

die Reihe

$$A + B \cos \psi + C \cos 2\psi + D \cos 3\psi + \text{etc.}$$

gibt, so ist allezeit  $\frac{1}{A}$  das arithmetisch-geometrische Mittel der beiden Grössen  $\sqrt{(\alpha + \epsilon)}$  und  $\sqrt{(\alpha - \epsilon)}$ .

Ein zweites eben so wichtiges Theorem ist, dass wenn man die Summe der unendlichen jederzeit sehr schnell convergirenden Reihe

$$2(m'm' - n'n') + 4(m''m'' - n''n'') + 8(m'''m''' - n'''n''') + \text{u. s. w.}$$

wo die Zahlencoefficienten eine geometrische Progression bilden,  $= (mm - nn)$  setzt, der Werth des Integrals

$$\int \frac{\cos 2T \cdot dT}{2\pi\sqrt{(mm\cos T^2 + nn\sin T^2)}}$$

von  $T = 0$  bis  $T = 360^\circ$  erstreckt,  $= -\frac{\nu}{\mu}$  wird. Offenbar ist denn hierdurch auch der zweite Coëfficient obiger Reihe bekannt, nemlich  $B = -\frac{\nu}{2\mu}$  wenn man  $m = \sqrt{(\alpha + \delta)}$ ,  $n = \sqrt{(\alpha - \delta)}$  gesetzt hat. Alle folgenden Coëfficienten  $C, D$ , u. s. w. aber werden bekanntlich durch die beiden ersten  $A$  und  $B$  algebraisch und einfach bestimmt. Für die numerische Berechnung der Grössen  $m'm' - n'n'$ ,  $m''m'' - n''n''$  u. s. w. wird in der Abhandlung selbst noch ein besonderes sehr bequemes Verfahren gelehrt.

Die Anwendung auf die Transscendenten der gegenwärtigen Untersuchung gibt endlich noch die einfachen Ausdrücke

$$P = \frac{1+\nu}{2mm\mu}, \quad Q = \frac{1-\nu}{2nn\mu}$$

Aufmerksamen Lesern wird es nicht entgehen, wie viele interessante Aufgaben, die mit den hier betrachteten Transscendenten zusammenhangen, durch den erklärten Algorithmus mit grösster Leichtigkeit aufgelöst werden. Als ein Beispiel führen wir hier die Rectification der Ellipse an. Setzt man ihre halbe grosse Axe  $= m$ , die halbe kleine Axe  $= n$ , so wird die Peripherie

$$= \frac{2\pi}{\mu} \{ m'm' - 2(m''m'' - n''n'') - 4(m'''m''' - n'''n''') - 8(m''''m'''' - n''''n''') - \text{u. s. w.} \}$$

Ein anderes Beispiel gibt die Dauer der Pendelschwingungen bei endlichen Bogen, welche sich zu der Dauer der unendlich kleinen Schwingungen verhält, wie die Einheit zu dem arithmetisch-geometrischen Mittel zwischen 1 und dem Cosinus von einem Viertel des ganzen Schwingungsbogens.

Schliesslich mus noch bemerkt werden, dass der Verf. diese Resultate, so wie er sie schon vor vielen Jahren unabhängig von ähnlichen Untersuchungen LAGRANGE's und LEGENDRE's gefunden hat, in ihrer ursprünglichen Form darstellen zu müssen geglaubt hat, obgleich sie zum Theil aus den Entdeckungen dieser Geometer leicht hätten abgeleitet werden können, theils weil jene Form ihm wesentliche Vorzüge zu haben schien, theils weil sie gerade so den Anfang einer viel ausgedehntern Theorie ausmachen, wo seine Arbeit eine ganz verschiedene Richtung von der der genannten Geometer genommen hat.



# NACHLASS.

## [ARITHMETISCH GEOMETRISCHES MITTEL.]

### PARS I.

#### DE ORIGINE PROPRIETATIBUSQUE GENERALIBUS NUMERORUM MEDIORUM ARITHM. GEOMETRICORUM.

##### 1.

Sint  $\{a, a', a'', a''': \dots\}$   $\{b, b', b'', b''': \dots\}$  duae progressionēs quantitatum ea lege formatae, ut quilibet ipsarum termini correspondentes sint *media* inter terminos antecedentes, et quidem termini progressionis superioris media arithmetica, progressionis inferioris geometrica, puta

$$a' = \frac{1}{2}(a+b), \quad b' = \sqrt{ab}, \quad a'' = \frac{1}{2}(a'+b'), \quad b'' = \sqrt{a'b'}, \quad a''' = \frac{1}{2}(a''+b''), \quad b''' = \sqrt{a''b''} \text{ etc.}$$

Supponemus autem, ipsos  $a, b$  esse reales positivos, et pro radicibus quadraticis ubique accipi valores positivos; quo pacto progressionēs quousque libuerit produci poterunt, omnes ipsarum termini erunt plene determinati valoresque positivos reales nanciscentur. Porro prima hic se fronte offerunt observationes sequentes:

I. Si  $a = b$ , omnes utriusque seriei termini erunt  $= a = b$ .

II. Si vero  $a, b$  sunt inaequales, erit  $(a'-b')(a'+b') = \frac{1}{4}(a-b)^2$ , unde concluditur  $b' < a'$ , et perinde erit  $b'' < a''$ ,  $b''' < a'''$  etc., i. e. quivis terminus seriei inferioris minor erit quam correspondens superioris. Quocirca in hoc casu supponemus, esse etiam  $b < a$ .

III. Eadem suppositione erit  $a' < a$ ,  $b' > b$ ;  $a'' < a'$ ,  $b'' > b'$  etc.; progressio itaque superior continuo decrescit, inferior continuo crescit; hinc manifestum est, utramque habere limitem; hi limites commode exprimuntur per  $a^\infty, b^\infty$ .

IV. Denique ex  $\frac{a'-b'}{a-b} = \frac{(a-b)}{4(a'+b')} = \frac{a-b}{2(a+b)+4b'}$  sequitur  $a'-b' < \frac{1}{2}(a-b)$ , eodemque modo erit  $a''-b'' < \frac{1}{2}(a'-b')$  etc. Hinc concluditur,  $a-b, a'-b'$ ,

$a'' - b''$ ,  $a''' - b'''$  etc. constituere progressionem continuo decrescentem atque ipsius limitem esse  $= 0$ . Hinc  $a^\infty = b^\infty$ , i. e. progressio superior et inferior eundem limitem habebunt, quo illa semper manet maior, haec minor.

Hunc limitem vocamus *numerum medium arithmetico-geometricum inter a et b*, et per  $M(a, b)$  designamus.

## 2.

